


BISKUP JAN PAVEL
SLUŽEBNÍK SLUŽEBNÍKŮ BOŽÍCH
NA VĚČNOU PAMÁTKU

APOŠTOLSKÁ KONSTITUCE
PASTOR BONUS



pracovní překlad
© Diecézní církevní soud Brno 2009

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PASTOR BONUS

Introductio

1. Pastor bonus Dominus Christus Iesus (cf. *Io* 10, 11.14) missionem discipulos faciendi in omnibus gentibus atque prædicandi Evangelium omni creaturæ Apostolorum successoribus Episcopis, et singulari ratione Romano Episcopo, Petri successori, ita contulit, ut Ecclesia, Dei Populus, constitueretur atque eiusmodi Populi sui Pastorum munus esset revera servitium, quod «in Sacris Litteris "*diaconia*" seu ministerium significanter nuncupatur».

Hoc servitium seu *diaconia* eo præsertim tendit, ut in universo ecclesiali corpore *communio magis magisque instauretur*, vigeat atque perpulchros fructus edere pergat. Etenim, sicut Concilium Vaticanum II luculenter docuit, Ecclesiæ mysterium per multiplices huiusmodi communionis rationes significatur, Spiritus Sancti suavissimo instinctu: etenim Spiritus «Ecclesiam, quam in omnem veritatem inducit (cf. *Io* 16,13) et in communionem et ministracionem unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit ac dirigit [...] eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit». Quam ob rem, ut idem Concilium asseverat, «illi plene Ecclesiæ societati incorporantur, qui Spiritum Christi habentes, integram

BISKUP JAN PAVEL
SLUŽEBNÍK SLUŽEBNÍKŮ BOŽÍCH
NA VĚČNOU PAMÁTKU

APOŠTOLSKÁ KONSTITUCE

PASTOR BONUS

Úvod

1. Dobrý pastýř, Pán Ježíš Kristus (srov. *J* 10,11.14) poslal biskupy jako nástupce apoštolů a zvláštním způsobem římského biskupa jako nástupce Petra ke všem národům, aby ozřejmili a zvěstovali evangelium každému stvoření, aby tak byla vytvořena Církev, lid Boží, a aby úloha pastýřů tohoto lidu byla opravdovou službou, která je v Písmu svatém pojmenovaná „*diaconia*“ neboli služba.

Tato služba neboli *diaconia* směřuje především k tomu, aby v celém organismu Církve bylo *communio* stále více obnovováno, bylo plné života a pokračovalo v přinášení svých vynikajících plodů. Skutečně, jak obsáhle učí II. Vatikánský koncil, tajemství Církve se totiž projevuje mnoha způsoby tohoto *communio*, a to z přesladkého podnětu Ducha Svatého: Duch vskutku uvádí církev do veškeré pravdy (srov. *J* 16,13), sjednocuje ji ve společenství a zajišťování služby, buduje ji a řídí různými hierarchickými a charismatickými dary (...) stále ji obnovuje a vede k dokonalému sjednocení s Ženichem.“ Proto jak tentýž koncil potvrdil, „ti, kteří jsou plně přivtělováni společenství Církve a mají Ducha Kristova, přijímají její celý pořádek a všechny prostředky spásy,

eius ordinationem omniaque media salutis in ea instituta accipiunt, et in eiusdem compage visibili cum Christo, eam per Summum Pontificem atque Episcopos regente, iunguntur, vinculis nempe professionis fidei, sacramentorum et ecclesiastici regiminis ac communionis».

Cuiusmodi communionis notionem non modo Concilii Vaticani II documenta in universum edisseruerunt, ac praesertim Constitutio dogmatica de Ecclesia, sed ad illam animum intenderunt etiam Synodi Patres, qui anno MCMLXXXV, itemque duos post annos Generales Synodi Episcoporum Coetus celebraverunt: quam in Ecclesiae definitionem coeunt sive ipsum Ecclesiae Mysterium, sive messianici Populi Dei ordines, sive hierarchica ipsius Ecclesiae constitutio. Quae omnia ut una comprehensione describamus, verba sumentes ex eadem memorata Constitutione, Ecclesia est «in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis». Quam ob rem, huiusmodi sacra communio in tota Christi Ecclesia viget, «quae — ut perbelle scripsit Paulus VI, Decessor noster — vivit et agit in variis communitatibus christianis, Ecclesiis scilicet particularibus, per omnem terrarum orbem dispersis».

2. Habita igitur ratione huius communionis, universam Ecclesiam veluti conglomerantem, etiam hierarchica eiusdem Ecclesiae constitutio explicatur atque ad effectum deducitur: quae *collegiali simul ac primatiali*, natura ab ipso Domino praedita est, cum «Apostolos ad modum collegii seu coetus stabilis

quae in ní byly stanoveny, a ve viditelném spojení s Kristem, pod vedením papeže a biskupů, se spojují skrze svazek vyznání víry, svátostí, církevního vedení a společenství.“

Nejen dokumenty II. Vatikánského koncilu a zvláštním způsobem dogmatická konstituce o církvi obsáhle objasnily pojem *communio*, nýbrž věnovali mu svoji pozornost synodní otcové, kteří se zúčastnili v roce 1985 a rovněž dva roky později generálního shromáždění biskupské synody: v této definici církve se pojí jak tajemství samotné církve, tak také postavení mesiánského Božího lidu, tak také hierarchické ustavení církve. K popsání toho všeho v souhrnném pojmu a při použití slov z téže, již připomenuté konstituce, je církev „v Kristu jakoby svátostí, tj. znamením a nástrojem pro nejvnitřnější sjednocení s Bohem, jakož i pro jednotu všeho lidství.“ Proto je toto svaté *communio* živoucí v celé církvi Kristově, „která — jak trefně popsal náš předchůdce Pavel VI. — žije a je činná v různých křesťanských společenstvích, totiž místních církvích, které jsou roztroušeny po celém světě.“

2. Na základě tohoto *communio*, které jakoby „udržuje pohromadě“ univerzální církev, se vyjadřuje také hierarchické zřízení církve a je vedeno k jeho účinnosti: bylo ustanoveno samotným Pánem s povahovou kolegiální i primální, když „ustanovil apoštoly po způsobu kolegia neboli pevného shromáždění, do jehož čela

instituit, cui ex iisdem electum Petrum præficit». Hic præsertim agitur de speciali illa ratione, qua Ecclesiæ Pastores triplex Christi munus participant, docendi scilicet, sanctificandi atque gubernandi: et sicut Apostoli id una cum Petro egerunt, ita haud dissimili modo id Episcopi agunt simul cum Romano Episcopo. Ut Concilii Vaticani II verbis denuo utamur, «Episcopi igitur communitatis ministerium cum adiutoribus presbyteris et diaconis susceperunt, loco Dei præsertim gregi, cuius sunt Pastores, ut doctrinæ magistri, sacri cultus sacerdotes, gubernationis ministri. Sicut autem permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum, ita permanet munus Apostolorum pascendi Ecclesiam, ab ordine sacro Episcoporum iugiter exercendum». Itaque fit ut «Collegium hoc» — Episcoporum dicimus cum Romano Pontifice coniunctorum — «quatenus ex multis compositum, varietatem et universalitatem Populi Dei, quatenus vero sub uno capite collectum, unitatem gregis Christi» exprimat.

Episcoporum autem potestas atque auctoritas *diaconiae* notam præ se fert, ad ipsius Iesu Christi exemplum accommodatam, qui «non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis» (*Mk* 10, 45). Potestas ergo, quæ in Ecclesia datur, potissimum secundum serviendi normam et intellegenda et exercenda est, ita ut huiusmodi auctoritas pastoralis nota in primis polleat.

vyvolil a ustanovil z jejich středu Petra.“ Zde se především jedná o onu zvláštní povahu, kterou se pastýři církve účastní na trojím Kristově úřadu, totiž na úřadu učitelském, úřadu svátostném a úřadu řízení (církve): jak to konali apoštolové společně s Petrem, tak to činí nikoliv nepodobným způsobem biskupové společně s římským biskupem. Aby byly ještě jednou použity slova II. Vatikánského koncilu, „převzali tedy biskupové svou službu ve společenství společně se svými pomocníky, kněžími a jáhny. Na místě Božím vedou stáde, jehož jsou pastýři, jako učitelé nauky, jako kněží v posvátném kultu, jako služebníci v řízení (církve). Jak ovšem trvá dále úřad, který předal výlučně Petrovi, prvnímu z apoštolů a předaný jeho nástupcům, tak také trvá úřad apoštolů, kteří pasou církve nadále a musí být neustále vykonáván posvátným úřadem biskupů. Tak se stalo, že „toto kolegium“ – totiž biskupové ve spojení s papežem – ačkoliv je složeno z mnohých, představuje rozmanitost a univerzalitu Božího lidu, nakolik je shromážděno pod jednou hlavou, jednotu Kristova stáde.“

Avšak moc biskupů a jejich autorita mají charakter diakonie, podle předobrazu samého Ježíše Krista, který „nepřišel, aby si nechal sloužit, nýbrž aby sloužil a vydal svůj život jako výkupné za mnohé (*Mk* 10, 45). Moc, která se propůjčuje v církvi, musí tedy být jak chápána, tak vykonávána především podle povahy služby, takže je takováto autorita především pastorační.

Id vero ad singulos Episcopos in propria cuiusque particulari Ecclesia spectat; attamen tanto magis ad Romanum Episcopum pertinet, cuius ministerium Petrianum in universalis Ecclesiae bonum utilitatemque procurandam incumbit: Romana enim Ecclesia praesidet «universo caritatis coetu», ideoque caritati inservit. Ex hoc potissimum principio processerunt vetusta ilia verba «Servus Servorum Dei», quibus Petri Successor denominatur atque definitur.

Quam ob causam, Romanus Pontifex Ecclesiarum etiam particularium negotia, ab Episcopis ad se delata aut utcumque cognita, diligenter perpendere curavit, ut, pleniore rerum experientia exinde adepta, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi totiusque Ecclesiae Pastoris, fratres suos in fide confirmaret (cf. *Lc* 22, 32). Id enim persuasum sibi habebat mutuam inter Episcopos in universo orbe constitutos et Romanum Episcopum communionem, in vinculo unitatis, caritatis et pacis, maximum afferre emolumentum unitati fidei necnon disciplinae in cuncta Ecclesia promovendae atque tuendae.

3. Quibus praemissis, sic intellegitur *diaconia*, quae Petri eiusque successorum propria est, ut necessario referatur ad aliorum apostolorum, eorumque successorum, diaconiam, quae ad aedificandam Ecclesiam in hoc mundo unice intendit.

Haec necessaria ministerii Petriani ratio ac necessitudo cum ceterorum apostolorum munere ac ministerio quoddam signum iam antiquitus postulavit, atque postulare debet, quod

To se týká jednotlivých biskupů v jejich příslušné místní církvi a tím spíše se týká římského biskupa, kterému náleží horlivě vykonávat Petrovu službu k dobru a užitku univerzální církve: Římská církev totiž stojí v čele „celosvětového shromáždění lásky“ a proto slouží lásce. Především z toho vycházejí ona starobylá slova „služebník služebníků božích“, kterými je pojemován a popisován nástupce Petra.

Z tohoto důvodu papež ustavičně svědomitě pečuje o záležitosti místních církví, které jsou mu předkládány biskupy nebo o nichž se dozví jiným způsobem, aby poté, co se ve vztahu k této věci dozví vše, mohl posilovat své bratry ve víře (srov. *Lk* 22,32) mocí svého úřadu, to znamená jako zástupce Krista a pastýř celé církve. Je totiž přesvědčen o tom, že vzájemné communio mezi biskupy nasazenými ve světě a římským biskupem ve svazku jednoty, lásky a pokoje přináší největší užitek pro jednotu víry a nauky, které jsou v celé církvi žádány a chráněny.

3. Podle těchto předběžných úvah spočívá takto chápaná *diaconia*, která je vlastní Petrovi a jeho nástupcům, v tom, že se nezbytně vztahuje k diakonii ostatních apoštolů a jejich nástupců, která směřuje jedině k budování církve v tomto světě.

Tato nezbytná souvislost a blízkost Petrova služebného úřadu s úřadem ostatních apoštolů odpradávná vyžadovala jakési znamení a musí je dál požadovat nikoliv jen jako symbol,

non modo ad instar symboli, sed etiam in rerum veritate exstaret. Hanc quidem necessitatem Decessores Nostri, apostolici laboris gravitate percussi, dilucide impenseque senserunt, sicuti, exempli gratia, Innocentii III verba testantur, qui anno MCXCVIII ad Galliæ Episcopos praelatosque hæc scripsit, cum ad ipsos suum quendam Legatum mitteret: «Licet commissa nobis a Domino potestatis ecclesiastice plenitudo universis Christi fidelibus nos constituerit debitores, statum tamen et ordinem conditionis humanæ non possumus ampliare [...]. Quia vero lex humane conditionis non patitur nec possumus in persona propria gerere sollicitudines universas, interdum per fratres nostros, qui sunt membra corporis nostri, ea cogimur exercere, que, si commoditas ecclesie sustineret, personaliter libentius implemuse».

Inde quidem perspiciuntur atque intelleguntur sive natura illius instituti, quo Petri successor usus est in sua exercenda missione in universalis Ecclesiæ bonum, sive agendi ratio, qua ipsum institutum commissa munera ad effectum deduceret oportuit: Romanam Curiam dicimus, quæ in ministerii Petriani adiutorium ab antiquis temporibus adlaborat præstandum.

Nam ut illa, quam diximus, frugifera *communio* firmior exstaret atque uberius usque proficeret, Romana Curia ad id exorta est, ut scilicet efficacius redderetur muneris exercitium Pastoris Ecclesiæ, quod Petro eiusque successoribus ab ipso Christo traditum est, quodque in dies crevit ac dilatatum est. Enimvero Decessor Noster Xystus V in

ale také jako znamení skutečně existující. O této nezbytnosti měli jasnou a určitou představu naši předchůdci dotčení tíží apoštolské činnosti, jako potvrzují např. slova Inocence III., která směřoval v roce 1198 biskupům a prelátům z Galie, když k nim poslal jednomu ze svých legátů: „Ačkoli nás plnost církevní moci, která nám byla předána Pánem, učinila dlužníky věřících křesťanů, nemůžeme přesto zlepšovat poměry a uspořádání lidského postavení [...] Protože to totiž zákon lidského postavení nedovoluje, nemůžeme ve vlastní osobě nést všechny starosti. Snažíme se však vykonat s pomoci našich bratří, kteří jsou údy našeho těla, to, co bychom mnohem raději vykonali osobně, kdyby to dovoľovala osobitost církve.“

Odtud je viděna a chápána jak povaha onoho uspořádání, jehož užívá nástupce Petrův při výkonu svého vlastního poslání k dobru univerzální církve, tak také způsob jednání, jímž má toto uspořádání přivést k výkonu svěřené úřady: hovoříme zde o Římské kurii, která od pradávna zajišťuje pomoc při výkonu Petrovy služby.

Aby totiž ono plodné *communio*, o němž jsme hovořili, bylo stále silnější a přineslo stále lepší plody, povstala Římská kurie za tím účelem, aby službu pastýřů církve učinila stále účinnější, tedy tu, která byla předána samotným Kristem Petrovi a jeho nástupcům a která v průběhu času vyrostla a byla rozšířena. Tak totiž přiznal již náš předchůdce Sixtus V.

Constitutione apostolica *Immensa æterni Dei* fatebatur: «Romanus Pontifex, quem Christus Dominus Corporis sui, quod est Ecclesia, visibile caput constituit omniumque Ecclesiarum sollicitudinem gerere voluit, multos sibi tam immensi oneris adiutores advocat atque adsciscit [...] ut partita inter eos (*sc.* Cardinales) aliosque Romanæ Curie magistratus ingenti curarum negotiorumque mole, ipse tantæ potestatis clavum tenens, divina gratia adiutrice, non succumbat».

4. Revera, ut iam quædam historiae lineamenta proponamus, Romani Pontifices, iam inde a remotissimis temporibus, in suo ministerio ad universæ Ecclesiæ bonum procurandum sive singulos viros sive instituta adhibuerunt, qui ex *Romana Ecclesia* deligebantur, siquidem eadem *Ecclesia Beati Petri apostoli* a Decessore Nostro Gregorio Magno nuncupata est.

Primum enim presbyterorum diaconorumve, ad eandem Ecclesiam pertinentium, opera usi sunt, qui vel legati munere fungerentur, vel pluribus missionibus interessent, vel Romanorum Pontificum partes in Œcumenicis Conciliis agerent.

Cum autem peculiaris momenti res tractandæ erant, Romani Pontifices in auxilium vocaverunt Synodos vel Concilia Romana, ad quæ Episcopi, in ecclesiastica provincia Romana suo munere fungentes, arcessebantur; hæc vero non modo quæstiones ad doctrinam et magisterium spectantes agebant, sed etiam ad tribunalium instar procedebant, in quibus

v apoštolské konstituci *Immensa æterni Dei*: „Papež, kterého dosadil Kristus Pán jako viditelnou hlavu svého těla, totiž církve, a který podle jeho vůle má nést tíži starostí všech církví, volá a přibírá mnoho spolupracovníků v této velké zodpovědnosti ... aby poté, co rozdělil nesmírnou tíži starostí a úkolů mezi tyto (kardinály) a ostatní spolupracovníky Římské kurie, držíc nadále klíč této velké moci ve svých rukou, s pomocí Boží milosti neklesl.“

4. Skutečně, abychom předložili některá dějinná hlediska: papežové, kteří byli voleni z římské církve, přizvali ve svém úřadu již od nejdávnějších dob k péči o dobro celé církve jednotlivé muže stejně jako některé instituce, když totiž táž církev byla označena naším předchůdcem Řehořem Velikým jako církev svatého apoštola Petra.

Nejprve totiž užili pomoci kněží a jáhnů, kteří příslušeli k této církvi, kteří buďto vykonávali úřad legátů nebo byli činní při různých úkolech nebo vyřizovali záležitosti papežů na ekumenických koncilech.

Pokud ale mělo být jednáno ve věcech zvláštního významu, svolávali papežové na pomoc synody nebo římské koncily, k nimž se scházeli biskupové, kteří vykonávali službu v římské církevní provincii; tito však neprojednávali pouze otázky nauky nebo učitelského úřadu, nýbrž k nim přistupovali také jako k tribunálům, u nichž byly rozhodovány záležitosti

Episcoporum causæ, ad Romanum Pontificem delatæ, iudicabantur.

biskupů, které pak byly předkládány papeži.

Ex quo autem tempore Cardinales speciale momentum in Romana Ecclesia adsumere cœperunt, præsertim in Papæ electione, quæ inde ab anno MLIX ipsis reservata est, iidem Romani Pontifices Patrum Cardinalium collata opera magis magisque usi sunt, ita ut Romanæ Synodi vel Concilii munus gradatim deminueretur, donec reapse cessaret.

Avšak od doby, kdy se začali kardinálové těšit zvláštní důležitosti v římské církvi, obzvláště při volbě papeže, která jim byla vyhrazena od roku 1059, využívali papežové stále více spolupráce kardinálů, takže poznenáhlu ztrácela úloha římských synod a koncilů na významu, až tyto zcela pominuly.

Quare evenit ut, præsertim post sæculum XIII, Summus Pontifex omnia Ecclesiæ negotia una cum Cardinalibus, in Consistorium coadunatis, ageret. Ita factum est, ut instrumentis non stabilibus, videlicet Conciliis seu Romanis Synodis, stabile aliud succederet, quod Romano Pontifici semper præsto esset.

Tak došlo k tomu, že především od 14. století papež projednával všechny záležitosti církve společně s kardinály, shromážděnými v konzistoři. Takže došlo k tomu, že po nestálých instrumentů jako koncilech nebo Římským synodách následovalo něco jiného, stálého, co bylo papežovi trvale k dispozici.

Decessor Noster Xystus V, per iam commemoratam Constitutionem Apostolicam *Immensa æterni Dei*, die XXII mensis Ianuarii anno MDLXXXVIII — qui fuit MDLXXXVII ab Incarnatione D.N.I.C. — Romanæ Curie compagem eius formalem dedit seriem XV Dicasteriorum instituendo, eo consilio ut uni Cardinalium Collegio plura subrogarentur collegia, e quibusdam Cardinalibus exstantia, quorum tamen auctoritas ad definitum quendam campum certamque materiam restringeretur; quam ob rem Summi Pontifices huiusmodi collegialium consiliorum viribus maxime frui poterant. Consistorii ideo nativum munus propriumque momentum valde diminuta sunt.

Náš předchůdce Sixtus V. dal již zmíněnou konstitucí *Immensa æterni Dei* z 22. ledna 1588, po 1587 letech od doby, co se náš Pán Ježíš Kristus stal člověkem, Římské kúrii její formální strukturu, v jejímž rámci zřídil 15 dikasterií s cílem, aby tak bylo ustanoveno ke kolegiu kardinálů více kolegií, která povstala účastí některých kardinálů, jejichž moc ale měla být omezena na určitou oblast a určitou materii; odtud mohli papežové nejlépe využívat pomoci takovýchto kolegiálních rad. Vlastní úkol a význam konzistoře se proto velmi oslabil.

Volventibus tamen sæculis ac rationibus historicis rerumque condicionibus mutantibus, temperamenta quædam atque immutationes accesserunt, præsertim cum sæculo XIX Cardinalium Commissiones institutæ sunt, quarum esset Summo Pontifici adiutricem operam præter alia Romanæ Curiæ Dicasteria conferre. Denique, opera et iussu S. Pii X, Decessoris Nostri, edita est Constitutio apostolica *Sapientis consilio*, die XXIX mensis Iunii anno MCMVIII, in qua, respectu etiam propositi ecclesiasticas leges in *Codicem iuris canonici* colligendi, hæc Ipse scripsit: «Maxime opportunum visum est a Romana Curia ducere initium, ut ipsa, modo apto et omnibus perspicuo ordinata, Romano Pontifici Ecclesiæque operam suam præstare facilius valeat et suppetias ferre perfectius». Cuius reformationis hi præcipui fuerunt effectus: Sacra Romana Rota, quæ anno MDCCCLXX munere cessaverat, ea ratione restituta est, ut iudicialia negotia ageret, dum Congregationes, amissa iudiciorum competentia, administrationis instrumenta unice fierent. Præterea, principium instauratum est, quo Congregationes suo proprio iure, nemini alii attribuendo, gauderent, scilicet ut singulæ res a suo quæque Dicasterio, non vero simul a pluribus, tractari deberent.

Quæ quidem Pii X reformatio, postea in *Codice iuris canonici* anno MCMXVII a Benedicto XV, Decessore Nostro, promulgato, sancita et completa, fere immutata permansit usque ad annum MCMLXVII, non multo post Concilium Œcumenicum Vaticanum II peractum, in quo Ecclesia altius sui ipsius mysterium exploravit suumque vividius prospectavit officium.

Se změnou staletí a dějinných okolností a se změnou věčných skutečností byla provedena některá přizpůsobení a změny, především když byly v 19. století zřízeny komise kardinálů, jejichž úkolem bylo stát po boku papeži vedle ostatních dikasterií Římské kurie. Konečně skrze úsilí a na pokyn našeho předchůdce, sv. Pia X., byla vydána apoštolská konstituce *Sapientis consilio*, a to 29. června 1908, ve které do ohledem na to, že církevní zákony mají být shrnuty do *Kodexu kanonického práva*, napsal: „Jeví se jako velmi příhodné začít u Římské kurie, aby tato byla zřízena vhodným způsobem a ve všem srozumitelné formě, aby mohla papežovi a církvi zajistit pomoc lehčeji a své přispění dokonaleji.“

Vynikající výsledky této reformy byly tyto: svatá Římská rota, která byla zrušena v roce 1870, byla tím znovu zřízena, aby projednávala soudní záležitosti, zatímco kongregace se ztrátou soudních pravomocí se staly správními orgány. Kromě toho byla zavedena zásada, že se mají kongregace těšit svým vlastním nepřenositelným právům, to znamená, že jednotlivé záležitosti mají být projednávány k tomu příslušnými dikasterii a nikoliv větším počtem dikasterií současně.

Tato reforma Pia X. byla později potvrzena a doplněna v *Kodexu kanonického práva*, který byl promulgován naším předchůdcem Benediktem XV. v roce 1917, a zůstala prakticky nezměněna až do roku 1967, nedlouho po ukončení II. Vatikánského koncilu, na němž církev hlouběji zkoumala vlastní tajemství a s větší angažovaností rozvrhla směrné linie svého vlastního poslání.

5. Huiusmodi itaque Ecclesiae de seipsa aucta cognitio sponte novam quandam Romanæ Curiae aptationem, nostræ ætati congruentem, secum ferre debuit. Siquidem Sacrosanti Concilii Patres ipsam Romano Pontifici atque Ecclesiae Pastoribus eximum huiusque præbuisse auxilium agnoverunt, simulque ut eiusdem Romanæ Curiae Dicasteria novæ ordinationi, temporum, regionum rituumque necessitatibus magis aptatæ, subicerentur optaverunt. Hisce igitur Concilii optatis satisfaciens, Paulus VI, Decessor Noster, novam Curiae ordinationem ad effectum alacriter adduxit, data Constitutione apostolica *Regimini Ecclesiae universæ*, die XV mensis Augusti anno MCMLXVII.

Equidem per hanc Constitutionem Summus ille Pontifex Romanæ Curiae structuram, competentiam ac procedendi rationem Dicasteriorum iam existentium accuratius determinavit, novaque constituit, quorum esset particularia in Ecclesia pastoralia incepta promovere, dum cetera in iurisdictionis vel gubernationis officia incumbere pergerent; quam ob rem factum est, ut compositio Curiae multiformem universalis Ecclesiae imaginem clarius referret. Inter alia, diocesanos Episcopos in ipsam arcessivit, simulque internæ coordinationi Dicasteriorum prospexit per periodicos conventus eorundem Cardinalium moderatorum ad communia problemata collatis consiliis perpendenda. Sectionem Alteram apud Tribunal Signaturæ Apostolicæ induxit, ad summa eaque principalia fidelium iura aptius tuenda.

5. Tímto způsobem zvětšené poznání církve o sobě samé muselo samo o sobě vést k novému přizpůsobení Římské kurie, aby odpovídala naší době. Když totiž otcové posvátného koncilu naznali, že zajišťovala papežovi stejně jako pastýřům církve hodnotnou pomoc, zároveň projevíli přání, aby byly dikasterie Římské kurie podrobena novému pořádku, který by více odpovídal požadavkům doby, ritů a regionů.

Ve shodě s těmito přáními koncilu, náš předchůdce, Pavel VI., neprodleně zavedl nové uspořádání kurie, a to vydáním apoštolské konstituce *Regimini Ecclesiae universae*, dne 15. srpna 1967.

Tento papež pak zmíněnou konstitucí velmi přesně určil strukturu Římské kurie, její příslušnost a způsob jednání jejich již ustanovených dikasterií, dále zřídil nové, jejichž úkolem měla být podpora určitých pastorálních iniciativ církve, zatímco ostatní pokračovaly ve výkonu jurisdikce a vedení; tak došlo k tomu, že složení kurie zřetelněji napodobovalo rozmanitý obraz univerzální církve. Dále také povolala diecézní biskupy do kurie a současně se postarala o vnitřní spolupráci dikasterií periodicky konanými shromážděními vedoucích kardinálů, aby tímto způsobem řešili společné problémy na svolaných poradách. Zavedla druhou sekci u soudu Apoštolské Signatury, aby tak byla účinně chráněna nejvyšší a základní práva věřících.

Verumtamen, cum antiquorum institutorum reformationem maturiore studio egere plane novisset, idem Summus Pontifex iussit ut, quinque exactis annis a Constitutionis promulgatione, innovatus rerum ordo altius expenderetur, pariterque inspiceretur utrum Concilii Vaticani II postulatis reapse congrueret et christiani populi civilisque societatis necessitatibus responderet, atque, quantum res postularet, in aptiorem reduceretur formam. Cui muneri adimplendo Commissio, seu peculiare Prælatorum corpus, Cardinali præside, destinata est, ipsaque usque ad eiusdem Pontificis obitum operam actuose navavit.

6. Cum inscrutabili Providentiæ consilio ad universalis Ecclesiæ pascendæ munus vocati simus, iam a Pontificatus primordiis satagemus non solum de re tam gravi Dicasteriorum mentem exquirere, verum etiam ab universo Cardinalium Collegio iudicium postulare. Qui Patres Cardinales, in generali Consistorio bis congregati, rei incubuerunt atque consilia præbuerunt de itinere rationibusque persequendis in Romanæ Curiae ordinatione. Cardinales enim cum Romani Episcopi ministerio arctissimo ac singulari vinculo coniunguntur, eidemque «adsunt sive collegialiter agendo, cum ad quæstiones maioris momenti tractandas in unum convocantur, sive ut singuli, scilicet variis officiis, quibus funguntur, eidem [...] operam præstando in cura præsertim cotidiana universæ Ecclesiæ»: ii igitur in primis sciscitandi erant in tanti momenti causa.

Protože ovšem velmi dobře věděl, že reforma tak staré instituce by vyžadovala prohloubené studium, nařídil tentýž papež, aby po uplynutí pěti let od promulgace konstituce byl obnovený pořádek posouzen a zároveň přezkoumán, zda je skutečně v souladu s přáním II. Vatikánského koncilu a odpovídá potřebám křesťanského lidu a občanské společnosti, a také aby byla nalezena vhodnější forma, pokud to bude zapotřebí. Ke splnění tohoto úkolu byla ustanovena komise, zvláštní těleso z prelátů pod předsednictvím kardinála, která horlivě vykonávala svůj úkol až do smrti tohoto papeže.

6. Když jsme byli neproniknutelným rozhodnutím Prozřetelnosti povoláni do úřadu „pást univerzální církev“, snažili jsme se v této tak závažné záležitosti od počátku pontifikátu nikoliv jen zjistit názor dikastérií, ale vyprosili jsme si také úsudek celého sboru kardinálů. Kardinálové se při dvou obecných konzistořích, touto záležitostí horlivě zaobírali a dali k dispozici své návrhy ohledně cesty a metody, které by měly být zohledněny ve zřízení Římské kurie. Kardinálové jsou totiž se službou Římského biskupa spojeni velmi těsným svazkem, a „stojí papeži po boku a sice buďto sborovým jednáním, když jsou společně povoláni k projednání důležitějších otázek, nebo jako jednotlivci při výkonu různých úřadů, čímž mu ... především poskytují pomoc v každodenní péči o celou církev“: tito byli proto tázáni v takové významné záležitosti jako první.

Perampla sententiarum rogatio, quam supra memoravimus, apud Romanæ Curiae Dicasteria, ut æquum erat, iterum facta est. Generalis consultationis fructus illud exstitit «Schema Legis peculiaris de Curia Romana», cui apparando incubuit Prælatorum Commissio, Patre Cardinali præside, duos fere annos adlaborans, quodque singulorum Cardinalium, Ecclesiarum Orientalium Patriarcharum, Episcoporum Conferentiarum per earum Præsides, et Romanæ Curiae Dicasteriorum examini subiectum est, atque in plenario Cardinalium Cœtu anno MCMLXXXV excussum. Quod attinet ad Episcoporum Conferentias, oportebat ut de Ecclesiarum particularium necessitatibus atque de earum hac in materie expectationibus optatisque ad Romanam Curiam pertinentibus per vere universalem sententiam certiores fieremus; quæ omnia ut plane nosceremus, occasionem potissimum præbuit peropportunam extraordinaria Synodus pariter anno MCMLXXXV celebrata, sicut iam mentionem fecimus.

Denique Commissio Patrum Cardinalium ad hunc finem specialiter condita, ratione habita animadversionum et consiliorum ex multiplicibus consultationibus acceptorum, atque sententia etiam privatorum quorundam virorum cognita, Legem peculiarem pro Curia Romana apparavit, novo *Codici iuris canonici* congruenter aptatam.

Quam quidem peculiarem Legem hac præsentī Constitutione apostolica promulgare volumus, dum quartum nuper exspiravit sæculum a

Velmi široce zjišťování mínění u dikastérií Římské kurie, které jsme výše zmínili, bylo provedeno pro objektivnost ještě jednou. Plodem této obecné porady bylo schéma zvláštního zákona o Římské kurii, na jehož přípravě pracovala komise prelátů pod předsednictvím kardinála téměř dva roky; toto bylo předloženo jednotlivým kardinálům, patriarchům východních církví, biskupským konferencím skrze jejich předsedy a dikastériím Římské kurie k přezkoumání a bylo diskutováno na plenárním zasedání kardinálů v roce 1985.

Co se týká biskupských konferencí, bylo zapotřebí, abychom se ujistili prostřednictvím celosvětového názoru o potřebách místních církví stejně jako o jejich očekáváních a přáních v této věci, které se týkaly Římské kurie; pro toto vše, jak dobře víme, poskytla mimořádně dobrou příležitost biskupská synoda, která byla slavena v roce 1985, jak jsme se již zmínili.

Konečně vypracovala komise z kardinálů, která byla vytvořena zvláště k tomuto účelu, v souladu s postřehy a podněty z předchozích rozmanitých porad, a poté co si vyžádala stanovisko některých osob, zvláštní zákon pro Římskou kurii, který je odpovídajícím způsobem přizpůsoben novému *Codex Iuris Canonici*.

Tento zvláštní zákon chceme promulgovat se zde předloženou apoštolskou konstitucí, na konci čtvrtého století po již zmíněné

commemorata Constitutione apostolica *Immensa æterni Dei* Xysti V, atque octogesimus recurrit annus a S. Pii X Constitutione apostolica *Sapienti consilio*, viginti denique vix expletis annis ex quo Constitutio apostolica Pauli VI *Regimini Ecclesie universæ* vim suam exserere cœpit, quacum hæc Nostra arcte coniungitur, quippe quod utraque a Concilio Vaticano II, eadem ducente cogitatione et mente, originem quodammodo ducat.

7. Hæc mens atque cogitatio, Concilio Vaticano II congruentes, renovatæ Romanæ Curie actuositatem firmant et exprimunt. Quæ quidem hisce Concilii enuntiatum verbis: «In exercenda suprema, plena et immediata potestate in universam Ecclesiam, Romanus Pontifex utitur Romanæ Curie Dicasteriis, quæ proinde nomine et auctoritate illius munus suum explent in bonum Ecclesiarum et in servitium Sacrorum Pastorum».

Patet igitur Romanæ Curie munus, etsi ad propriam Ecclesie constitutionem, iure divino conditam, non pertinet, *indolem tamen vere ecclesiam* habere, quatenus ab universalis Ecclesie Pastore suam et existentiam et competentiam trahat. Ea enim in tantum exstat atque adlaborat, in quantum ad ministerium Petrianum refertur in eoque fundatur. Quoniam autem Petri ministerium, utpote «servi servorum Dei», sive erga universam Ecclesiam sive erga totius Ecclesie Episcopus exercetur, Romana etiam Curia, Petri successorii inseruiens, ad universam Ecclesiam atque ad Episcopos iuvandos pariter spectat.

apoštolské konstituci Sixta V. *Immensa æterni Dei*, a po osmdesátém roce od apoštolské konstituce Pia X. *Sapienti consilio*, konečně po uplynutí dvaceti let od té doby, co vstoupila v platnost apoštolská konstituce Pavla VI. *Regimini Ecclesie universæ*, se kterou je tato naše konstituce velmi úzce spojena, protože obě jsou v jistém smyslu ve svém počátku odvozeny ve shodě s duchem a záměrem II. Vatikánského koncilu.

7. Tento záměr a tento duch, které souzní s II. Vatikánským koncilem, posilují a označují aktivitu obnovené Římské kurie. Toto ovšem potvrdil koncil následujícími slovy: „K výkonu nejvyšší, úplné a bezprostřední moci nad celou církví používá papež úřady Římské kurie. Tyto následně zastávají svůj úřad v jeho jménu a s jeho mocí k dobru církvi a jako službu, kterou poskytují vysvěcenému pastýři.

Je tedy zřejmé, že služba Římské kurie, třebaže se netýká vlastního ustanovení církve, založené božským právem, přesto má skutečně *církevní charakter*, protože totiž odvozuje svoji existenci a příslušnost od pastýře univerzální církve. Tato totiž existuje a působí jen natolik, nakolik se vztahuje k Petrovu úřadu a je v něm založena. Protože je však Petrova služba vykonávána jako služba „služebníka služebníků Božích“, jak vůči univerzální církvi, tak vůči biskupům celé církve, směřuje také Římská kurie, která slouží nástupci Petra, stejným způsobem k univerzální církvi a stejnou měrou k tomu, aby sloužila biskupům.

Plane inde elucet præcipuam notam omnium singulorumque Romanæ Curiae Dicasteriorum esse eius *indolem ministerialem*, sicut iam prolata verba e Decreto «*Christus Dominus*» declarant, et hæc præsertim: «*Romanus Pontifex utitur Romanæ Curiae Dicasteriis*». Perspicue enim indoles instrumentalis Curiae his indicatur, et ipsa veluti instrumentum in manibus Pontificis quodammodo describitur, ita ut nulla vi nullaque potestate polleat præter eas quas ab eodem Summo Pastore recipit. Ipse enim Paulus VI, iam duobus annis antequam Decretum *Christus Dominus* promulgaretur, scilicet anno MCMLXIII, Romanam Curiam definivit instrumentum immediatæ adhæSIONIS et absolutæ obœdientiæ, quo Summus Pontifex ad suam universalem missionem explendam utitur. Quæ notio in Constitutione apostolica *Regimini Ecclesiæ universæ* passim usurpata est.

Hæc indoles ministerialis vel instrumentalis aptissime revera videtur huius valde benemeriti venerandique instituti naturam definire eiusque actionem significare, quæ totæ in eo consistunt ut auxilium Summo Pontifici eo validius et efficacius præstet, quo magis conformiter ac fidelius eius voluntati sese præbere nitatur.

8. Præter hanc indolem ministerialem, a Concilio Vaticano II *character*, ut ita dicamus, *vicarius* Romanæ Curiae in luce ulterius ponitur, quandoquidem ipsa ut iam diximus, non proprio iure neque proprio Marte operatur: potestatem enim a Romano Pontifice acceptam exercet essentiali quadam et

Zcela jasně se proto ukazuje, že přední vlastnost všech jednotlivých dikasterií Římské kurie je jejich *služebný charakter*, jak to potvrzují již zmíněná slova z dekretu *Christus Dominus*, a především toto vyjádření: „Papež *užívá dikasterií Římské kurie*.“ Zřetelnějším způsobem je totiž těmito slovy vyjádřen instrumentální charakter kurie a tato je popsána jako určitým způsobem nástroj v ruce papeže, takže se netěší jiné síle ani moci kromě té, kterou obdrží od tohoto nejvyššího pastýře. Tento Pavel VI. popsal Římskou kurii již dva roky před tím, než promulgoval dekret *Christus Dominus*, tedy v roce 1963, jako instrument bezprostřední přílnutí a dokonalé poslušnosti, jehož papež využívá k plnění svého univerzálního poslání. Toto označení je zachyceno na různých místech apoštolské konstituce *Regimini Ecclesiæ universæ*.

Zdá se, že tento služebný a instrumentální charakter popisuje nejvhodnějším způsobem povahu této velmi zasloužilé a úctyhodné instituce a označuje její aktivitu, která spočívá zcela v tom, že zajišťuje papeži o to účinnější a vlivnější pomoc, o co více se snaží být shodně a věrně k dispozici jeho vůli.

8. Nad tento služebný charakter byl II. Vatikánským koncilem více vytažen na světlo, jak říkáme, zástupný charakter Římské kurie, ta totiž, jak jsme již řekli, nejedná z vlastního práva a z vlastního podnětu: koná totiž tu moc, kterou přijala od papeže na základě podstatného a původního vztahu, který

nativa cum Ipso necessitudine, quia huiusmodi potestatis proprium est ut agendi studium cum voluntate illius, a quo oritur, semper coniungat, ea quidem ratione ut eiusdem voluntatis fidelem interpretationem, consonantiam, immo quasi æqualitatem præ se ferat atque manifestet, in Ecclesiarum bonum atque in Episcoporum servitium. Ex huiusmodi indole Romana Curia vim roburque haurit, pariterque officiorum suorum limites ac normarum codicem invenit.

Huius autem potestatis plenitudo in capite seu in ipsa Christi Vicarii persona insidet, qui propterea Curiae Dicasteriis eam committit pro singulorum competentia atque ambitu. Quoniam autem Romani Pontificis munus Petrianum sicut diximus, ad fratrum Episcoporum Collegii munus suapte natura refertur, ad id simul spectans ut universa Ecclesia singulæque particulares Ecclesiae ædificentur, constabulantur atque dilatentur, eadem Curiae *diaconia*, qua Ipse in suo personali munere exercendo utitur, necessario pariter refertur ad personale Episcoporum munus, sive utpote Episcopalis Collegii membrorum, sive utpote particularium Ecclesiarum Pastorum.

Quam ob causam non modo longe abest ut Romana Curia personales rationes ac necessitudines inter Episcopos atque Summum Pontificem quoddam veluti *diaphragma* impediatur vel condicionibus obstringat, sed contra ipsa est, atque magis magisque sit oportet, communionis atque sollicitudinum participationis administra.

k němu má, vlastní této moci je totiž to, že své jednacím úsilím spojuje s vůlí toho, od něhož má svůj původ, a se záměrem, aby se ukázala a osvědčila jako věrná interpretace a shoda s jeho vůlí, dokonce i jednota s ní k dobru církve a ke službě biskupům. Z tohoto charakteru čerpá Římská kurie svoji energii a síly, a zároveň tak nachází meze povinností i kodexem.

Plnost této moci má své sídlo v hlavě, to znamená v osobě samého náměstka Kristova, který jí svěřuje dikasteriím kurie podle kompetencí a pole působnosti jednotlivých (dikasterií). Protože se ale „petrovská služba“ papeže, jak jsme řekli, vztahuje vlastní povahou k službě kolegia bratří, biskupů a současně se snaží o to, aby byla univerzální církev stejně jako partikulární církve postavena, posílena a rozšířena, vztahuje se *diaconia* kurie, kterou papež využívá k výkonu svého úřadu, nezbytně a stejným způsobem k osobní službě biskupů, ať již jako členů biskupského sboru nebo jako pastýřů místních církví.

Z těchto důvodů je nejen nemyslitelné, aby Římská kurie určitým způsobem bránila osobním vztahům a kontaktům mezi biskupy a papežem nebo působila jako dělicí zeď, naopak je třeba, aby byla stále více pomocnicí ve společenství i v běžných starostech.

9. Ratione igitur suæ diaconiae, cum ministerio Petriano coniunctæ, eruendum est tum Romanam Curiam cum totius orbis Episcopis arctissime coniungi, tum eosdem Pastores eorumque Ecclesias primos principalioresque esse veluti beneficiarios operis Dicasteriorum. Quod eiusdem Curiae etiam compositione probatur.

Etenim Romanam Curiam omnes fere componunt Patres Cardinales, ad Romanam Ecclesiam proprio nomine pertinentes, qui proxime Summum Pontificem in universali Ecclesia gubernanda adiuvant, quique insuper cuncti sive in ordinaria sive in extraordinaria Consistoria convocantur, cum graviora negotia tractanda id suadeant; quo igitur fit ut, necessitates totius Populi Dei plenius cognoscentes, Ecclesiae universae bono prospicere pergant.

Huc etiam accedit quod singulis Dicasteriis præpositi episcopali caractere et gratia plerumque pollent ad unumque Episcoporum Collegium pertinent, itemque eadem etiam erga universam Ecclesiam sollicitudine urgentur, qua omnes Episcopi, in communione hierarchica cum Romano Episcopo suo Capite, devinciuntur.

Cum insuper inter Dicasteriorum membra aliqui cooptentur diocesani Episcopi, «qui mentem, optata ac necessitates omnium Ecclesiarum Summo Pontifici plenius referre valeant», per Romanam Curiam collegialis affectus, qui inter Episcopos eorumque Caput intercedit, ad *concretam* applicationem perducitur, idemque ad totum mysticum Corpus

9. Na základě své *diakonie*, která je spojena s Petrovou službou, je třeba poukázat na to, že je Římská kurie velmi těsně spojena také s biskupy celého světa a že titíž pastýři a jejich církve jsou prvními a přednostními uživateli díla dikasterií. To nachází své potvrzení ve složení kurie.

Skutečně se skládá kurie ze všech kardinálů, kteří na základě jejich vlastního označení patří k Římské církvi a kteří stojí papeži při vedení univerzální církve svou pomocí nejbliže po boku, a také všichni, ať už jsou svoláni k řádným nebo mimořádným konzistořím, pokud se to jeví smysluplným pro naléhavé záležitosti a jejich projednání; takto dochází k tomu, že oni, kteří znají potřeby celého Božího lidu obsáhleji, se stále starají o dobro univerzální církve.

K tomu přistupuje, že většina vedoucích jednotlivých dikasterií jsou biskupové a těší se biskupské milosti, a tak patří k jednomu biskupskému sboru, z téhož důvodu jsou také nabádáni k péči o univerzální církev, kterou jsou všichni biskupové spojeni v hierarchickém společenství s papežem jako svojí hlavou.

Nadto byli mezi členy dikasterií povoláváni někteří diecézní biskupové, „aby mohli papeži podrobněji předložit názory, přání a prosby všech církví.“ Prostřednictvím Římské kurie je kolegiální náklonnost, která panuje mezi biskupy a jejich hlavou, přiváděna ke konkrétnímu užítku a současně rozšířena na celé mystické

extenditur, «quod est etiam corpus tělo, „které je také tělem církve.“ Ecclesiarum».

Qui quidem collegialis affectus inter varia quoque Dicasteria colitur. Omnes enim Cardinales Dicasteriis præpositi certis temporibus inter se conveniunt, vel ipsorum partes agentes cum peculiare quæstiones tractandæ sint, ut collatis consiliis de potioribus quæstionibus certiores fiant ad illasque solvendas mutuam adiutorium conferant atque ideo agendi cogitandique unitatem in Romana Curia provideant.

Præter hos episcopali potestate præditos viros ad Dicasteriorum navitatem plurimi requiruntur operis adiutores, qui suo labore, haud raro abscondito neque levi vel facili, ministerio Petriano inserviant ac prosint.

Etenim in Romanam Curiam advocantur sive diocesani ex universo terrarum orbe presbyteri, qui sacerdotii ministerialis participes, cum Episcopis arcte coniunguntur; sive Religiosi, e quibus maxima pars sunt presbyteri, atque Religiosæ Sodales, qui vitam suam ad Evangelii consilia diversimode componunt, ad Ecclesiæ bonum augendum atque ad singulare Christi testimonium coram mundo præstandum; sive laici viri atque mulieres, qui ob Baptismi atque Confirmationis virtutem proprio apostolico munere funguntur. Quæ plurium virium conspiratio efficit ut omnes Ecclesiæ ordines in pastoralem Romanæ Curie operam continuandam efficacius usque adiuvent Summum Pontificem, cum Ipsius ministerio coniuncti. Exinde etiam patet, huiusmodi omnium Ecclesiæ ordinum

Taková kolegiální náklonnost je zachovávána také mezi různými dikasteriemi. Všichni kardinálové, kteří jsou v čele dikasterií, nebo jejich zástupci, se totiž v určitých obdobích společně scházejí, když je třeba projednat zvláštní otázky, aby tak byli společnými poradami informováni o stěžejních otázkách a přispěli k jejich řešení svou vzájemnou pomocí a tímto způsobem pečovali o to, aby byla zajištěna v Římské kurii jednota jednání a myšlení.

Krom těchto mužů obdařených biskupskou mocí je potřeba pro činnost dikasterií mnoho spolupracovníků, kteří Petrovu úřadu slouží a pomáhají svojí prací, nikoliv zřídka ve skrytosti a ani lehce ani jednoduše.

Tak jsou totiž povoláváni do Římské kurie ze všech částí světa jak diecézní kněží, kteří jsou společnou účastí na kněžské službě těsně spojeni s biskupy; tak členové řádů, z nichž většina jsou kněží, ale i řádové sestry, ti nejrůznějším způsobem žijí podle vangelijských rad, aby tak rozmnožovali dobro církve a aby byli před světem jedinečným svědectvím o Kristu; dále laici, muži a ženy, kteří vykonávají svůj vlastní apoštolát na základě křtu a biřmování. Tito spojenými silami pečují o to, aby všechny stavy církve byly v pastorační službě Římské kurii ve svém výkonu stále účinnější, a pomáhají papeži, úzce spojeni s jeho službou. Z toho je také zřejmé, že ve světské společnosti se nenachází, co by bylo srovnatelné s touto službou všech stavů církve, a že jejich práce musí být vykonávána v duchu opravdové služby,

servitium nihil simile in civili societate invenire, atque ipsorum laborem cum animo vere serviendi præstandum esse, ad ipsius Christi diaconiam sequendam atque imitandam.

10. Clare inde elucet Romanæ Curia ministerium, sive in semet ipso consideretur, sive ob ipsius rationes cum universæ Ecclesiæ Episcopis, sive ob fines, ad quos contendit atque ob concordem caritatis affectum, quo ducatur oportet, quadam *collegialitatis* nota pollere, etiamsi ipsa Curia nulli sit comparanda cuiuslibet naturæ collegio; quæ nota eam ad inserviendum Episcoporum Collegio informat mediisque ad id idoneis instruit. Quin immo, ipsorum etiam Episcoporum sollicitudinem pro universa Ecclesia exprimit, siquidem Episcopi huiusmodi curam atque sedulitatem «cum Petro et sub Petro» participant.

Quod sane maxime excellit et symbolicam vim præ se fert, cum Episcopi — ut iam supra diximus — vocantur ut singulis Dicasteriis sociam operam præbeant. Præterea omnibus et singulis Episcopis integrum ius manet et officium ipsum Beati Petri Successorem adeundi, potissimum per visitationes «ad Apostolorum limina».

Hæ visitationes, ob supra exposita ecclesiologica et pastoralia principia, propriam peculiaremque significationem accipiunt. Sunt enim in primis maximi momenti opportunitas, et veluti centrum constituunt supremi illius ministerii, Summo Pontifici commissi: nam Ecclesiæ universalis Pastor tunc communicat atque colloquitur cum particularium Ecclesiarum Pastoribus, qui ad ipsum

v následování a napodobování *diakonie* Krista samého.

10. Z toho se jeví zřejmým, že služba Římské kurie, ať už je nahlížena sama o sobě nebo pro své vztahy k biskupům univerzální církve nebo pro cíle, jež sleduje, a pro svornou náklonnost k lásce, kterou se musí řídit, se projevuje skrze kolegiální charakter, i když sama kurie nemůže být žádným způsobem srovnávána s nějakým kolegiem; tento charakter ji uschopňuje ke službě biskupskému sboru a poskytuje jí k tomu vhodné prostředky. Ještě mnohem více zdůrazňuje starost biskupů o univerzální církvi, pokud se biskupové na této péči a starosti účastní „s Petrem a pod Petrem“.

Nejvíce zajisté vyniká a nabývá symbolickou sílu, když jsou biskupové, jak jsme již rozvedli výše, povolání ke spolupráci v jednotlivých dikasteriích. Nadto zůstává všem, jakož i jednotlivým biskupům, právo a povinnost obracet se bezprostředně na nástupce svatého Petra, obzvláště při návštěvách „ke hrobům apoštolů“.

Tyto návštěvy nabývají vlastního a zcela zvláštního významu na základě shora vyložených ekleziologických a pastoračních zásad. Nabízejí totiž především nejskvělejší příležitost a představují něco jako středobod oné nejvyšší služby, která je svěřena papeži: při této příležitosti se totiž setkává pastýř univerzální církve s pastýři místních církví a rozmlouvá s nimi, když k němu přicházejí, aby

se conferunt ut in eo Cepham videant (cf. *Gal* 1, 18), suarum diocesium quæstiones coram atque privatim cum Ipso pertractent cum eoque ideo omnium Ecclesiarum sollicitudinem participant (cf. *2 Cor* 11, 28). Quam ob rem, per visitationes ad limina communio atque unitas in intima Ecclesiæ vita maximopere fovetur.

Eadem præterea Episcopis copiam commoditatemque præbent, ut cum competentibus Romanæ Curie Dicasteriis considerent atque explorent tum studia ad doctrinam actionemque pastoralem attinentia, tum apostolatus incepta, tum difficultates, quæ æternæ salutis procurandæ missioni, ipsis concreditæ, se interponant.

2° officialia nuntia, quæ sive acta Summi Pontificis sive Sanctæ Sedis navitatem respiciunt, publici facere iuris per peculiare officium sibi subiectum, vulgo *Sala Stampa* appellatum;

3° invigilare, collatis consiliis cum Altera Sectione, ephemeridi vulgo *L'Osservatore Romano* appellatæ, Stationi Radiophonicæ Vaticanæ atque Centro Televisifico Vaticano.

Art. 44 – Per Officium rationarii vulgo *Statistica* appellatum colligit, ordine componit atque palam edit omnia indicia, ad rationarii normas exarata, quæ Ecclesiæ universæ vitam per terrarum orbem respiciunt.

Čl. 42 – Přísluší jí také:

1° vyhotovit a rozeslat apoštolské konstituce, dekrety, apoštolské listy, dopisy a ostatní dokumenty, které jí papež svěřil;

2° vyřizovat všechny postupy týkající se jmenování, které musejí být v Římské kurii a jiných institucích patřících ke Svatému stolci papežem provedeny nebo potvrzeny;

3° uschovávat olověnou pečeť a rybářský prsten.

Čl. 43 – Rovněž této sekci přísluší:

1° zajišťovat vydávání akt a veřejných dokumentů Apoštolského stolce v úřední publikaci, která nese název *Acta Apostolicæ Sedes*;

2° prostřednictvím vlastního, jí podřízeného úřadu, který se obecně nazývá Vatikánský tiskový úřad, zveřejňovat a rozšiřovat úřední zprávy, které se vztahují buď k aktům papeže nebo k činnosti Svatého stolce;

3° se souhlasem druhé sekce dozírá na noviny, které se nazývají *Osservatore Romano*, stejně jako na Radio Vatikán a Vatikánské televizní centrum.

Čl. 44 – S pomocí Ústředního úřadu pro církevní statistiku shromažďuje, koordinuje a zveřejňuje všechna data, která byla zpracována podle statistických pravidel a jež se vztahují k životu univerzální církve na celém světě.

Sectio altera

Art. 45 – Alterius sectionis de rationibus cum Civitatibus peculiare munus est in ea incumbere, quæ cum rerum publicarum Moderatoribus agenda sunt.

Art. 46 – Eidem competit:

1° rationes præsertim diplomaticas cum Civitatibus aliisque publici iuris societatibus fovere atque communia negotia tractare, ut bonum Ecclesiæ civilisque societatis promoveatur, ope, si casus ferat, concordatorum aliarumque huiusmodi conventionum, et ratione habita sententiæ Episcoporum cœtuum, quorum intersit;

2° apud Internationalia Instituta et conventus de indolis publicæ quæstionibus Sanctæ Sedis partes gerere, collatis consiliis cum competentibus Romanæ Curiæ Dicasteriis;

3° agere, in propria laborum provincia, quæ ad Legatos Pontificios attinent.

Art. 47 – § 1. In peculiaribus rerum adiunctis, de mandato Summi Pontificis, hæc sectio, collatis consiliis cum competentibus Curiæ Romanæ Dicasteriis, ea explet quæ ad Ecclesiarum particularium provisionem necnon ad earum earumque cœtuum constitutionem aut immutationem spectant.

§ 2. Ceteris in casibus, præsertim ubi regimen concordatarium viget, eidem competit, firmo præscripto art. 78, ea absolvere, quæ cum civilibus guberniis agenda sunt.

Druhá sekce

Čl. 45 – Zvláštní úlohou druhé Sekce pro vztahy se státy je vyřizovat vše to, co je třeba projednat s odpovědnými zástupci států.

Čl. 46 – Jí přísluší:

1° především podporovat diplomatické vztahy se státy a s jinými sdruženími veřejného práva a projednávat obecné záležitosti, aby bylo napomáháno dobru církve a občanské společnosti, pokud to případ vyžaduje, skrze konkordáty a jiné smlouvy tohoto druhu a při zachování vota biskupských konferencí, o něž se jedná;

2° zastupovat Svatý stolec u mezinárodních institucí a na konferencích o otázkách veřejného zájmu po poradě s příslušnými dikasteriemi Římské kurie;

3° projednávat to, co se týká zvláštní oblasti působnosti papežských vyslanců.

Čl. 47 – § 1. Ve zvláštních případech vyřizuje tato sekce z pověření papeže a po poradě s příslušnými dikasteriemi Římské kurie vše, co se týká obsazení místních církví stejně jako zřízení a změn místních církví a jejich sdružení.

§ 2. V ostatních případech a obzvláště tam, kde platí konkordát, jí přísluší vyřizovat, co musí být projednáno s vládami států, při zachování předpisu čl. 78.

III

CONGREGATIONES

Congregatio de Doctrina Fidei

Art. 48 – Proprium Congregationis de Doctrina Fidei munus est doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe promovere atque tutari; proinde ipsi competunt ea, quæ hanc materiam quoquo modo attingunt.

Art. 49 – Munus promovendæ doctrinæ adimplens, ipsa studia fovet ut fidei intellectus crescat ac novis quæstionibus ex scientiarum humanive cultus progressu enatis responsio sub luce fidei præberi possit.

Art. 50 – Episcopis, sive singulis sive in cœtibus adunatis, auxilio est in exercitio muneris, quo ipsi authentici fidei magistri atque doctores constituuntur, quoque officio integritatem eiusdem fidei custodiendi ac promovendi tenentur.

Art. 51 – Ad veritatem fidei morumque integritatem tuendam, curam impendit, ne fides aut mores per errores quomodocumque vulgatos detrimentum patiantur.

Quapropter:

1° ipsi officium est exigendi, ut libri aliaque scripta a Christifidelibus edenda, quæ fidem moresque respiciant, prævio competentis auctoritatis examini subiciantur;

2° scripta atque sententias, quæ rectæ fidei contraria atque insidiosa videantur, excutit, atque, si constiterit ea Ecclesiæ doctrinæ esse opposita, eadem, data auctori facultate suam

III

KONGREGACE

Kongregace pro nauku víry

Čl. 48 – Zvláštní úlohou Kongregace pro nauku víry je podporovat a chránit nauku o víře a mravech v celém katolickém světě; dále jí přísluší vše, co se této materie nějakým způsobem dotýká.

Čl. 49 – Při vykonávání svého úkolu, jímž je podporovat nauku víry, podporuje také studie, jež jsou zaměřeny na růst porozumění víře a na to, aby mohly být dány ve světle víry odpovědi na otázky vzniklé pokrokem věd a lidské kultury.

Čl. 50 – Podporuje biskupy, a to jak jednotlivé, tak v jejich sdružení, při výkonu jejich služby, při níž jsou nasazeni jako autentičtí učitelé a hlasatelé víry, a tím jsou povinni chránit a podporovat neporušenost této víry.

Čl. 51 – Stará se o ochranu pravdy víry a neporušenosti mravů, aby obecně rozšířenými omyly neutrpěla víra ani mravy nějaké škody.

Jinak:

1° je její povinností vyžadovat, aby knihy a jiné spisy, které chtějí věřící vydat a které se týkají víry a mravů, byly předloženy k předchozímu přezkumu příslušnou autoritou;

2° zkoumá spisy a vědecké názory, které se jeví jako odporující a nebezpečné pravé víře, a pokud je jisté, že jsou proti učení církve, včas je odmítne, poté co dá jejich původci

mentem plene explicandi, tempestive reprobat, præmonito Ordinario, cuius interest, atque congrua remedia, si opportunum fuerit, adhibet;

3° curat denique, ne erroneis ac periculosis doctrinis, forte in populum christianum diffusis, apta confutatio desit.

Art. 52 – Delicta contra fidem necnon graviora delicta tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa, quæ ipsi delata fuerint, cognoscit atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit.

Art. 53 – Eiusdem pariter est cognoscere, tum in iure tum in facto, quæ privilegium fidei respiciunt.

Art. 54 – Prævio eius iudicio subiciuntur documenta, ab aliis Curiae Romanæ Dicasteriis edenda, quatenus doctrinam de fide vel moribus attingunt.

Art. 55 – Apud Congregationem de Doctrina Fidei constitutæ sunt Pontifica Commissio Biblica et Commissio Theologica Internationalis, quæ iuxta proprias probatas normas agunt quibusque præest Cardinalis eiusdem Congregationis Præfectus.

Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus

Art. 56 – Congregatio ea cognoscit, quæ, sive quoad personas sive quoad res, Ecclesias Orientales Catholicas respiciunt.

Art. 57 – § 1. Eiusdem ipso iure Membra sunt Patriarchæ et Archiepiscopi Maiores Ecclesiarum

příležitost rozsáhle vyložit jeho pojetí, a poté, co předem zpraví ordináře, do jehož oblasti působnosti to spadá, a pokud je třeba, stará se o vhodnou nápravu;

3° stará se konečně o to, aby nechybělo vhodné vyvrácení špatné a nebezpečné nauky, rozšířila-li se snad mezi křesťanským lidem.

Čl. 52 – Soudí zločiny proti víře a závažné zločiny proti mravům a takové, jež vznikly při slavení svátostí, pokud jí byly tyto poukázány. Kde je toho třeba, na místě stanoví nebo uloží kanonické tresty podle obecného nebo zvláštního práva.

Čl. 53 – Stejně má rozhodovat o tom všem, co se právně nebo skutkově týká *privilegia fidei*.

Čl. 54 – K jejímu předběžnému posouzení musejí být předloženy všechny dokumenty, které mají být vydány jinými dikasteriemi Římské kurie, týkají-li se nauky víry a mravů.

Čl. 55 – Při Kongregaci pro nauku víry jsou zřízeny Papežské biblické komise a Mezinárodní teologická komise, které jsou činné podle svých vlastních aprobovaných norem a jimž předsedá kardinál prefekt této kongregace.

Kongregace pro východní církve

Čl. 56 – Kongregace projednává všechny osobní a věcné otázky, které se týkají katolických východních církví.

Čl. 57 – § 1. Jejími členy jsou podle práva patriarchové a velkoarcibiskupové východních církví,

Orientalium necnon Præses Consilii ad Unitatem Christianorum fovendam.

§ 2. Consultores et Officiales ita seligantur, ut diversitatis rituum, quantum fideri potest, ratio habeatur.

Art. 58 – § 1. Huius Congregationis competentia ad omnia extenditur negotia, quæ Ecclesiis Orientalibus sunt propria, quæque ad Sedem Apostolicam deferenda sunt, sive quoad Ecclesiarum structuram et ordinationem, sive quoad munus docendi, sanctificandi et regendi exercitium, sive quoad personas, earundem statum, iura ac obligationes. Omnia quoque explet, quæ de relationibus quinquennialibus ac visitationibus ad limina ad normam artt. 31, 32 agenda sunt.

§ 2. Integra tamen manet propria atque exclusiva competentia Congregationum de Doctrina Fidei et de Causis Sanctorum, Pænitentiarie Apostolicæ, Supremi Tribunalis Signaturæ Apostolicæ et Tribunalis Rotæ Romanæ, necnon Congregationis de Cultu divino et Disciplina Sacramentorum ad dispensationem pro matrimonio rato et non consummato quod attinet.

In negotiis, quæ Ecclesiæ Latinæ fideles quoque attingunt, Congregatio procedat, si rei momentum id postulet, collatis consiliis cum Dicasterio in eadem materia pro fidelibus Latinæ Ecclesiæ competentibus.

Art. 59 – Congregatio sedula cura item prosequitur communitates Christianifidelium orientalium in circumscriptionibus territorialibus

stejně jako předseda Papežské rady na podporu jednoty křesťanů.

§ 2. Poradci a úředníci mají být, pokud možno, zvoleni tak, aby zohledňovali rozmanitost ritů.

Čl. 58 – § 1. Příslušnost této kongregace se rozprostírá na všechny záležitosti, které jsou vlastní východním církvím a které musí být předloženy Apoštolskému stolci, ať už se to týká struktury a pořádku těchto církví, nebo výkonu služby hlásání, posvěcování a vedení, nebo osob, jejich postavení, práv a povinností. Vyřizuje také vše, co je třeba činit s ohledem na quinquennální¹ zprávy a návštěvy ad limina podle norem čl. 31 a 32.

§ 2. Zachována však zůstává zvláštní a výlučná příslušnost Kongregací pro nauku víry a pro procesy blahorečení a svatořečení, Apoštolské penitenciárie, Nejvyššího soudu Apoštolské signatury a soudu Římské roty, stejně jako Kongregace pro bohoslužbu a svátosti, pokud jde o dispenz od uzavřeného avšak nedokonaného manželství.

U záležitostí, které se týkají také věřících, kteří přísluší k latinské církvi, má kongregace jednat, je-li to třeba, po poradě s dikasterií, která je v této věci kompetentní pro věřící latinské církve.

Čl. 59 – Kongregace taktéž s velkou pečlivostí sleduje společenství východních věřících, kteří se nacházejí v oblastech latinské církve, a stará se o

¹ Konájí se vždy po 5 letech.

Ecclesiae Latinae versantium, eorumque necessitatibus spiritualibus per Visitatores, immo, ubi numerus fidelium atque adiuncta id exigant, quatenus fieri possit, etiam per propriam Hierarchiam consulit, collatis consiliis cum Congregatione pro constitutione Ecclesiarum particularium in eodem territorio competenti.

Art. 60 – Actio apostolica et missionalis in regionibus, in quibus ritus orientales ab antiqua aetate praeponderant, ex hac Congregatione unice pendet, etiamsi a missionariis Latinae Ecclesiae peragatur.

Art. 61 – Congregatio mutua ratione procedit cum Consilio ad Unitatem Christianorum Fovendam, in iis quae relationes cum Ecclesiis Orientalibus non catholicis respicere possunt necnon cum Consilio pro Dialogo inter Religiones, in materia quae ambitum eius tangit.

*Congregatio de Cultu Divino
et Disciplina Sacramentorum*

Art. 62 – Congregatio ea agit quae, salva competentia Congregationis de Doctrina Fidei, ad Sedem Apostolicam pertinent quoad moderationem ac promotionem sacrae liturgiae, in primis Sacramentorum.

Art. 63 – Sacramentorum disciplinam, praesertim quod attinet ad eorum validam et licitam celebrationem, fovet atque tuetur; gratias insuper atque dispensationes concedit, quae ad Episcoporum dioecesanorum facultates hac in regione non pertinent.

Art. 64 – § 1. Congregatio actionem pastoraalem liturgicam, peculiari ratione ad Eucharisticam

jejich duchovní potřeby vizitacemi nebo tam, kde to vyžaduje počet věřících a poměry, pokud je to možné, také vlastní hierarchií, po poradě s kongregací, která je kompetentní ke zřizování místních církví v této oblasti.

Čl. 60 – Pastorační a misionářská aktivita v oblastech, ve kterých od pradávna převažovaly východní rity, závisí prvé na této kongregaci, i když má být vykonávána misionáři latinské církve.

Čl. 61 – Kongregace musí postupovat ve vzájemném souladu s Radou na podporu jednoty křesťanů v záležitostech, které se mohou týkat vztahů s nekatolickými východními církvemi, stejně jako s Radou pro mezináboženský dialog v látce, která se týká její příslušnosti.

*Kongregace pro bohoslužbu
a svátosti*

Čl. 62 – Kongregace projednává to, co při zachování příslušnosti Kongregace pro nauku víry přísluší Apoštolskému stolci ohledně právního uspořádání a podpory posvátné liturgie, obzvláště svátostí.

Čl. 63 – Podporuje a chrání svátosti, obzvláště pokud jde o jejich platné a dovolené slavení; nadto poskytuje milosti a dispenzy, které překračují zmocnění diecézních biskupů v této oblasti.

Čl. 64 – § 1. Kongregace účinnými a vhodnými prostředky podporuje liturgickou a pastorační aktivitu,

celebrationem quod attinet, efficacibus ac congruis mediis promovet; Episcopis diocesanis adest, ut Christifideles sacram liturgiam magis in dies actuose participant.

§ 2. Textibus liturgicis conficiendis aut emendandis prospicit; recognoscit calendaria peculiaria atque Propria Missarum et Officiorum Ecclesiarum particularium necnon Institutorum, quæ hoc iure fruuntur.

§ 3. Versiones librorum liturgicorum eorumque aptationes ab Episcoporum Conferentiis legitime paratas recognoscit.

Art. 65 – Commissionibus vel Institutis ad apostolatum liturgicum vel musicam vel cantum vel artem sacram promovenda conditis favet et cum iis rationes habet; huiusmodi consociationes, quæ indolem internationalem præ se ferant, ad normam iuris erigit vel eorum statuta approbat ac recognoscit; conventus denique ex variis regionibus ad vitam liturgicam provehendam fovet.

Art. 66 – Attente invigilat ut ordinationes liturgicæ adamussim servantur, abusus præcaveantur iidemque, ubi deprehendantur, extirpentur.

Art. 67 – Huius Congregationis est cognoscere de facto inconsummationis matrimonii et de existentia iustæ causæ ad dispensationem concedendam. Ideoque acta omnia cum voto Episcopi et animadversionibus Defensoris Vinculi accipit et, iuxta peculiarem procedendi modum, perpendit atque, si casus ferat, Summo Pontifici petitionem ad dispensationem impetrandam subicit.

zejména pokud jde o slavení eucharistie; podporuje diecézní biskupy, aby se věřící účastnili na posvátné liturgii stále aktivněji.

§ 2. Pečuje o sestavení nebo vydávání liturgických textů; zkoumává liturgické kalendáře místních církví a propria mší a slavností místních církví i institucí, které se těší tomuto právu.

§ 3. Přezkoumává překlady liturgických knih a jejich přizpůsobení, které byly právoplatně připraveny biskupskými konferencemi.

Čl. 65 – Podporuje komise nebo instituty, které byly založeny k podpoře liturgickému apoštolátu nebo hudbě nebo zpěvu nebo náboženskému umění a pečuje o vztahy s nimi; zřizuje sdružení tohoto druhu s mezinárodním charakterem podle norem práva a schvaluje a přezkoumává jejich stanoviska; konečně podporuje setkávání z různých regionů s úkolem napomáhat liturgickému životu.

Čl. 66 – Pečlivě dozírá na to, aby byly správně zachovávány liturgické pořádky, aby se předcházelo zneužití a aby byla odstraněna ta, která již byla objevena.

Čl. 67 – Úkolem této kongregace je posuzovat skutečnost nedokonanosti manželství a existenci oprávněného důvodu poskytnout dispenz. Proto přijímá všechna akta společně s votem biskupa a poznámkami obhájce svazku, pečlivě je přezkoumává podle zvláštního řízení a předkládá papeži prosbu o udělení dispensy, vyžaduje-li to případ.

Art. 68 – Ipsa competens quoque est in causis de nullitate sacræ ordinationis cognoscendis ad normam iuris.

Art. 69 – Competens est quoad cultum sacrarum reliquiarum, confirmationem cælestium Patronorum et Basilicæ minoris titulum concedendum.

Art. 70 – Congregatio adiuvat Episcopos ut, præter liturgicum cultum, preces necnon pia populi christiani exercitia, normis Ecclesiæ plene congruentia, foveantur et in honore habeantur.

Congregatio de Causis Sanctorum

Art. 71 – Congregatio ea omnia tractat, quæ, secundum statutum iter, ad Servorum Dei canonizationem perducunt.

Art. 72 – § 1. Episcopis diocesanis, quibus causæ instructio competit, peculiaribus normis necnon opportunis consiliis adest.

§ 2. Causas iam instructas perpendit, inquirens utrum omnia ad normam legis peracta sint. Causas ita recognitas funditus perscrutatur ad iudicium ferendum utrum constet de omnibus quæ requiruntur, ut Summo Pontifici vota favorabilia subiciantur, secundum ante constitutos gradus causarum.

Art. 73 – Ad Congregationem præterea spectat cognoscere de Doctoris titulo Sanctis discernendo, præhabito voto Congregationis de Doctrina Fidei ad eminentem doctrinam quod attinet.

Art. 74 – Eius insuper est de iis omnibus discernere, quæ ad sacras Reliquias authenticas declarandas easdemque conservandas pertinent.

Čl. 68 – Je také kompetentní k rozhodování o případech neplatnosti svěcení podle norem práva.

Čl. 69 – Je kompetentní pro kult posvátných relikvií, potvrzení nebeských patronů a pro poskytnutí titulu basilika minor.

Čl. 70 – Kongregace podporuje biskupy, aby kromě liturgie, byly i modlitby a zbožné úkony křesťanského lidu v úplné shodě s normami církve podporovány a drženy v účtě.

Kongregace pro procesy blahorečení a svatořečení

Čl. 71 – Kongregace projednává vše, co podle stanovených postupů vede ke kanonizaci služebníků Božích.

Čl. 72 – § 1. Podporuje diecézní biskupy, jimž přísluší zahájení procesu, zvláštními normami a vhodným poradenstvím.

§ 2. Zkoumá již zahájené procesy a pátrá, zda bylo vše vykonáno podle norem práva. Takto poznané procesy prozkoumává až k základu, aby mohla vynést posudek, zda zahrnuje vše potřebné k tomu, aby tak mohla být papeži předložena souhlasná vota, podle předem stanovených stupňů procesů.

Čl. 73 – Nadto kongregaci přísluší rozhodovat o titulu učitelů církve, který má být propůjčen svatým, poté co obdržela votum Kongregace pro nauku víry ohledně jejich skvělé nauky víry.

Čl. 74 – Dále je její úlohou rozhodovat o všem, co se týká prohlášení pravosti posvátných relikvií a jejich uchovávání.

Congregatio pro Episcopis

Art. 75 – Congregatio ea cognoscit quæ Ecclesiarum particularium constitutionem et provisionem necnon episcopalis muneris exercitium respiciunt in Ecclesia Latina, salva competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione.

Art. 76 – Huius Congregationis est ea omnia agere, quæ ad Ecclesiarum particularium earumque cœtum constitutionem, divisionem, unionem, suppressionem ceterasque immutationes spectant. Eius quoque est Ordinariatus Castrenses pro pastoralis cura militum erigere.

Art. 77 – Omnia agit quæ attinent ad Episcoporum, etiam titularium, nominationem, et generatim ad provisionem Ecclesiarum particularium.

Art. 78 – Quotiescumque cum rerum publicarum Moderatoribus tractandum est sive ad Ecclesiarum particularium earumque cœtum constitutionem aut immutationem, sive ad earum provisionem quod attinet, non nisi collatis consiliis cum Sectione de rationibus cum Civitatibus Secretariæ Status procedat.

Art. 79 – Congregatio in ea insuper incumbit, quæ rectum muneris pastoralis Episcoporum exercitium respiciunt, eis omnimodam operam præbendo; eius enim est, si opus fuerit, communi sententia cum Dicasteriis, quorum interest, visitationes apostolicas generales indicere earumque exitus, pari procedendi modo, perpendere et, quæ inde opportune decernenda sint, Summo Pontifici proponere.

Kongregace pro biskupy

Čl. 75 – Kongregace projednává to, co se týká zřízení a obsazení místních církví a výkonu biskupské služby v latinské církvi, při zachování kompetence Kongregace pro evangelizaci národů.

Čl. 76 – Úlohou této kongregace je jednat v tom, co se týká zřizování místních církví, jejich rozdělení, sloučení, zrušení a dalších změn. Jejím úlohou také je zřizovat vojenské ordinariáty pro pastorační příslušníků armády.

Čl. 77 – Projednává vše, co se týká jmenování biskupů, titulárních biskupů a obecně obsazení místních církví.

Čl. 78 – Je-li třeba jednat s odpovědnými představiteli států ohledně zřízení nebo změn místních církví a jejich spojení nebo jejich obsazení, smí být činná jen po poradě se Sekcí Státního sekretariátu pro vztahy se státy.

Čl. 79 – Kongregaci působí v tom všem, co se týká správného výkonu pastorační služby biskupů, přičemž jim zajišťuje veškerou podporu; jejím úkolem je v určitých případech, za společného souhlasu dikasterií, jichž se to týká, rovněž předeslat obecné apoštolské vizitace, jejich výsledky vyhodnotit a předložit papeži, je-li v oněch záležitostech třeba rozhodnout.

Art. 80 – Ad hanc Congregationem pertinent ea omnia, quæ ad Sanctam Sedem spectant circa Prælaturas personales.

Art. 81 – Pro Ecclesiis particularibus suæ curæ concreditæ Congregatio omnia procurat quæ visitationes ad limina respiciunt; ideoque relationes quinquennales ad normam art. 32 perpendit. Episcopis Romam adeuntibus adest, præsertim ut sive congressio cum Summo Pontifice sive alia colloquia et peregrinationes apte disponantur. Expleta visitatione, conclusiones, eorum diœceses respicientes, cum Episcopis diœcesanis scripto communicat.

Art. 82 – Congregatio ea absolvit, quæ ad celebrationem Conciliorum particularium necnon ad Episcoporum Conferentiarum erectionem atque earundem statutorum recognitionem attinent; acta huiusmodi cœtum recipit atque decreta, quæ recognitione egent, collatis consiliis cum Dicasteriis, quorum interest, recognoscit.

Pontificia Commissio pro America Latina

Art. 83 – § 1. Commissionis munus est Ecclesiis particularibus in America Latina tum consilio tum opere adesse, studio quoque incumbere quæstionibus, quæ vitam ac profectum ipsarum Ecclesiarum respiciunt, præsertim ut sive Curie Dicasteriis, quorum ratione competentie interest, sive ipsis Ecclesiis in huiusmodi quæstionibus solvendis, auxilio sit.

§ 2. Ipsius quoque est fovere rationes inter ecclesiastica instituta internationalia et nationalia, quæ pro Americæ Latinæ Regionibus adlaborant, et Curie Romanæ Dicasteria.

Čl. 80 – Tato kongregace je kompetentní k tomu všemu, co se týká Svatého stolce ve věci osobních prelatur.

Čl. 81 – Místním církvím, které jsou svěřeny její péči, obstarává kongregace vše, co se týká návštěv ad limina; proto zkoumá také quinquennální zprávy podle ustanovení čl. 32. Podporuje biskupy, kteří přišli do Říma, především aby pro ně byly ve vhodné formě připravena jak setkání s papežem, tak také ostatní rozhovory i poutě. Po ukončení návštěvy zprostředkuje diecézním biskupům písemně projednané závěry, které se vztahují k té které diecézi.

Čl. 82 – Kongregace vyřizuje vše, co se týká slavení partikulárních koncilů a zřízení biskupských konferencí a přezkumu jejich postavení; přijímá akta těchto shromáždění a přezkoumává jejich dekrety, pokud je to třeba, po poradě s dikasteriemi, jichž se záležitost týká.

Papežská komise pro Latinskou Ameriku

Čl. 83 – § 1. Úlohou komise je podporovat radou i skutkem místní církve Latinské Ameriky, také tím, že pečlivě studuje otázky, které se týkají života a rozvoje těchto církví, aby mohla pomoci především dikasteriím kurie, jejichž kompetence se tato oblast týká, ale také církvím samotným při řešení těchto otázek.

§ 2. Také je její úlohou napomáhat vztahům mezi mezinárodními a národními institucemi, které pracují pro regiony Latinské Ameriky, a dikasterii Římské kurie.

Art. 84 – § 1. Præses Commissionis est Præfectus Congregationis pro Episcopis, qui ab Episcopo vices Præsidis agente adiuvatur. Ipsis adsunt tamquam Consilarii nonnulli Episcopi sive ex Curia Romana sive ex Americæ Latinæ Ecclesiis adlecti.

§ 2. Commissionis Membra sive ex Curia Romanæ Dicasteriis sive ex Consilio Episcopali Latino-Americano tum ex Episcopis Regionum Americæ Latinæ tum ex Institutis, de quibus in præcedenti articulo, seliguntur.

§ 3 Commissio proprios habet Administros.

Congregatio pro Gentium Evangelizatione

Art. 85 – Ad Congregationem spectat dirigere et coordinare ubique terrarum ipsum opus gentium evangelizationis et cooperationem missionariam, salva Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus competentia.

Art. 86 – Congregatio promovet investigationes theologiæ, spiritualitatis ac rei pastoralis missionariæ, pariterque proponit principia, normas necnon operandi rationes, necessitatibus temporum locorumque accomodata, quibus evangelizatio peragatur.

Art. 87 – Congregatio adnititur ut Populus Dei, spiritu missionario imbutus atque sui officii conscius, precibus, testimonio vitæ, actuositate et subsidiis ad opus missionale efficaciter collaboret.

Art. 88 – § 1. Vocationes missionarias sive clericales sive religiosas sive

Čl. 84 – § 1. Prezidentem této komise je prefekt Kongregace pro biskupy, jemuž pomáhá biskup viceprezident. Tito jsou podporováni několika biskupy poradci, kteří jsou zvoleni buďto z Římské kurie nebo z církví Latinské Ameriky.

§ 2. Členové této komise jsou voleni z dikasterií Římské kurie, z Biskupské konference Latinské Ameriky, z regionů Latinské Ameriky a z institucí, o nichž pojednává předchozí článek.

§ 3. Komise má své vlastní úředníky.

Kongregace pro evangelizaci národů

Čl. 85 – Kongregaci náleží vést a koordinovat po celém světě dílo evangelizace národů a misionářskou spolupráci, při zachování kompetence Kongregace pro východní církve.

Čl. 86 – Kongregace napomáhá studiím misionářské teologie, spirituality a pastorační a předkládá normy a směrnice, přizpůsobené požadavkům místa a času, pro jednání, kterým má být účinně prováděna evangelizace.

Čl. 87 – Kongregace se snaží o to, aby Boží lid modlitbami, svědectvím života, konkrétním jednáním i finanční pomocí účinně přispíval k misionářskému dílu, proniknut misionářským duchem a vědom si svých povinností.

Čl. 88 – § 1. Snaží se vzbuzovat misionářská povolání, a to jak u kněží,

laicales suscitandas curat atque missionariorum aptæ distributioni consulit.

§ 2. In territoriis sibi subiectis, ipsa pariter curat cleri sæcularis atque catechistarum institutionem, salva competentia Congregationis de Seminariis atque Studiorum Institutis, ad generalem studiorum rationem necnon ad Universitates ceteraque studiorum superiorum Instituta quod attinet.

Art. 89 – Eidem subsunt territoria missionum, quarum evangelizationem idoneis Institutis, Societatibus necnon Ecclesiis particularibus committit, et pro quibus ea omnia agit, quæ sive ad circumscriptiones ecclesiasticas erigendas vel immutandas, sive ad Ecclesiarum provisionem pertinent ceteraque absolvit, quæ Congregatio pro Episcopis intra suæ competentiae ambitum exercet.

Art. 90 – § 1. Quod vero attinet ad sodales Institutorum vitæ consecratæ, in territoriis missionum erectorum aut ibi laborantium, Congregatio competentia gaudet in iis, quæ ipsos qua missionarios sive singulos sive simul sumptos attingunt, firmo præscripto art. 21 § 1.

§ 2. Huic Congregationi subiciuntur Societates vitæ apostolicæ pro missionibus erectæ.

Art. 91 – Ad cooperationem missionalem fovendam, etiam per efficacem collectionem et æquam distributionem subsidiorum, ipsa utitur præsertim Pontificiis Operibus Missionalibus, videlicet eis quæ a Propagatione Fidei, a S. Petro Apostolo, a S. Infantia nomen ducunt atque Pontificia Unione Missionali Cleri.

tak i u členů řádů nebo laiků, a stará se o přiměřené rozdělení misionářů.

§ 2. V oblastech jí podřízených se rovněž stará o vzdělání světských kněží i katechetů, při zachování kompetence Kongregace pro semináře a studijní instituty, která se týká obecného studijního pořádku, univerzity a ostatních institucí pro vyšší studia.

Čl. 89 – Též podléhají misijní území, jejichž evangelizaci svěřila vhodným institutům, společnostem a v nespolední řadě místním církvím, pro ně projednává vše, co se týká zřízení církevních správních obvodů nebo jejich změn, jakož i jejich obsazení, vyřizuje také všechny ostatní úkoly, které vykonává Kongregace pro biskupy v rámci své kompetence.

Čl. 90 – § 1. Pokud však jde o členy institutů zasvěceného života, které jsou zřízeny nebo působí v misijních zemích, těší se kongregace kompetenci ve všech záležitostech, které se jich týkají jako misionářů, a to jak jednotlivě, tak společně, při zachování čl. 21 § 1.

§ 2. Této kongregaci podléhají Společnosti apoštolského života, které byly zřízeny pro misie.

Čl. 91 – Aby bylo napomáháno misijní spolupráci, a to i účinným shromažďováním a rozdělováním finančních prostředků, využívá kongregace především Papežských misijních děl, tj. těch, které nesou jméno PMD Šíření víry, PMD svatého apoštola Petra, PMD dětí a Papežské misijní unie kněží.

Art. 92 – Congregatio proprium ærarium aliaque bona missionibus destinata per peculiare officium administrat, firmo onere reddendi debitam rationem Præfecturæ Rerum Economicarum Sanctæ Sedis.

Congregatio pro Clericis

Art. 93 – Congregatio, firmo iure Episcoporum eorumque Conferentiarum, ea cognoscit, quæ presbyteros et diaconos Cleri sæcularis respiciunt tum quoad personas, tum quoad pastorale ministerium, tum quoad res, quæ ad hoc exercendum iis præsto sunt, atque in hisce omnibus opportuna auxilia Episcopis præbet.

Art. 94 – Institutionem religiosam Christifidelium cuiuscumque ætatis et condicionis pro suo munere promovendam curat; opportunas normas præbet, ut lectiones catecheseos recta ratione tradantur; catecheticæ institutioni rite impertiendæ invigilat; præscriptam Sanctæ Sedis approbationem pro catechismis aliisque scriptis ad institutionem catecheticam pertinentibus, de assensu Congregationis de Doctrina Fidei, concedit; officiis catecheticis atque inceptis ad religiosam institutionem spectantibus et indolem internationalem præ se ferentibus adest, eorum navitatem coordinat iisque auxilia, si opus fuerit præstat.

Art. 95 – § 1. Competens est ad clericorum vitam, disciplinam, iura atque obligationes quod spectat.

§ 2. Aptiori presbyterorum distributioni consulit.

Čl. 92 – Kongregace spravuje svůj vlastní majetek a ostatní prostředky určené pro misie a plní povinnost dávat přiměřené vyúčtování Prefektuře pro ekonomické záležitosti Svatého stolce.

Kongregace pro klérus

Čl. 93 – Při zachování práva biskupů a jejich konferencí projednává kongregace vše, co se týká kněží a jáhnů světského kléru, a to jak s ohledem na osoby, tak na jejich pastorační službu a na prostředky, které jsou jim nápomocné k výkonu této služby; ve všech těchto otázkách poskytuje biskupům vhodnou pomoc.

Čl. 94 – Podle své úlohy se stará o podporu náboženského vzdělání věřících každého věku a každého stavu; vydává vhodné normy, aby se katechetické vyučování dělo správným způsobem; dozírá na to, zda jsou katecheté řádně stanovováni; se souhlasem Kongregace pro nauku víry uděluje předepsané schválení Svatého stolce pro katechismy a ostatní písemnosti zamýšlené pro katechetické vyučování; podporuje katechetické úřady a podniky k náboženskému vzdělání, pokud mají mezinárodní charakter, koordinuje jejich činnost a nabízí jim pomoc, je-li nutná.

Čl. 95 – § 1. Je kompetentní pro vše, co se týká života, disciplíny, práv a povinností kleriků.

§ 2. Rozhoduje o vhodném rozdělení kněží.

§ 3. Permanentem clericorum formationem fovet, præsertim quod attinet ad ipsorum sanctificationem et ad pastorale ministerium fructuose exercendum, potissimum circa dignam verbi Dei prædicationem.

Art. 96 – Huius Congregationis est tractare ea omnia, quæ ad statum clericalem qua talem attinent, pro omnibus clericis, religiosis non exceptis, collatis consiliis cum Dicasteriis quorum interest, ubi res id requirat.

Art. 97 – Congregatio ea agit, quæ Sanctæ Sedi competunt:

1° sive circa consilia presbyteralia, consultorum cœtus, canonicorum capitula, consilia pastoralia, parœcias, ecclesias, sanctuaria, sive circa clericorum consociationes, sive circa ecclesiastica archiva seu tabularia;

2° circa onera Missarum necnon pias voluntates in genere et pias foundationes.

Art. 98 – Congregatio ea omnia exercet, quæ ad bonorum ecclesiasticorum moderamen ad Sanctam Sedem pertinent, et præsertim ad rectam eorundem bonorum administrationem atque necessarias approbationes vel recognitiones concedit; præterea prospicit ut clericorum sustentationi ac sociali securitati consulatur.

§ 3. Podporuje trvalé vzdělávání kleriků, především to, které se týká jejich posvěcování a plodného výkonu pastorační služby, zvláště jde-li o hodnotné hlásání slova Božího.

Čl. 96 – Tato kongregace projednává vše, co se týká postavení kleriků jako takových, tzn. Všech kleriků, řádové nevyjímaje, a to po poradě s příslušnými dikasteriemi, kde to věc vyžaduje.

Čl. 97 – Kongregace projednává vše, co spadá do příslušnosti Svatého stolce:

1° ať ve vztahu ke kněžským radám, kolegiu konzultorů, dómským kapitulám, pastoračním radám, farností, kostelů a svatyní, ve vztahu ke sdružením kleriků, ve vztahu k církevním archivům a registraturám;

2° ve vztahu k mešním nadacím a zbožným iniciativám obecně, stejně jako zbožným nadacím.

Čl. 98 – Kongregace vykonává vše, co se týká řízení církevních dober Svatého stolce, a zvláště to, co se týká řádné správy těchto dober, a poskytuje potřebná povolení a přezkumy; nadto pečuje o to, aby bylo dbáno o obživu a sociální péči kléru.

*Pontificia Commissio
de Patrimonio Artis et Historiæ
conservando*

*Papežská komise
pro kulturní bohatství církve*

Art. 99 – Apud Congregationem pro Clericis Commissio exstat, cuius officium est curæ patrimoni historię et artis totius Ecclesię præesse.

Art. 100 – Ad hoc patrimonium pertinent imprimis omnia cuiusvis artis opera temporis præteriti, quæ summa diligentia custodiri et conservari oportet. Ea autem quorum usus proprius cessaverit, apto modo in Ecclesię musæis vel aliis in locis spectabilia asserventur.

Art. 101 – § 1. Inter bona historica eminent omnia documenta et instrumenta, quæ vitam et curam pastoralem necnon iura et obligationes diocesium, parœciarum, ecclesiarum aliarumque personarum iuridicarum in Ecclesia conditarum respiciunt et testificantur.

§ 2. Hoc patrimonium historicum in tabulariis seu archivis vel etiam bibliothecis custodiatur, quæ ubique competentibus curatoribus committantur, ne huiusmodi testimonia pereant.

Art. 102 – Commissio Ecclesiis particularibus et Episcoporum cœtibus adiutorium præbet et una cum iis, si casus ferat, agit, ut musæa, tabularia et bibliothecæ constituentur atque collectio et custodia totius patrimoni artis et historiæ in toto territorio apte ad effectum adducatur et omnibus, quorum interest, præsto sit.

Art. 103 – Eiusdem Commissionis est, collatis consiliis cum Congregationibus de Seminariis atque Studiorum

Čl. 99 – Při Kongregaci pro klérus je zřízena komise, jejíž úlohou je starat se o historické a umělecké dědictví veškeré církve.

Čl. 100 – K tomuto dědictví patří především všechna díla jakéhokoliv umění uplynulé doby, která musí být střežena a uchovávána s největší péčí. Co se však již nevyužívá, má být vhodným způsobem uchováno v církevních muzeích nebo na jiných místech.

Čl. 101 – § 1. Mezi historickým bohatstvím vynikají všechny dokumenty a právní listiny, které se dotýkají života a pastorační, práv a povinností diecézí, farností, kostelů a ostatních právnických osob v církvi, tyto pak osvědčují.

§ 2. Toto historické dědictví má být uchováno v registraturách, v archívech nebo v knihovnách a musí být všude svěřeno znalému personálu, aby se svědectví tohoto druhu ve světě neztratilo.

Čl. 102 – Komise nabízí svoji pomoc místním církvím a sdružením biskupů a, je-li to třeba, společně pracuje s nimi usiluje o to, aby byla zřízena muzea, archivy a knihovny a aby sebrání a uchovávání veškerého uměleckého a historického dědictví bylo vhodným způsobem učiněno v celé oblasti a bylo k dispozici všem, kdo o to mají zájem.

Čl. 103 – Úkolem téže komise je usilovat ve shodě s Kongregací pro semináře a studijní instituty a

Institutis et de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, adlaborare ut Populus Dei magis magisque conscius fiat momenti et necessitatis patrimonium historiæ et artis Ecclesiæ conservandi.

Art. 104 – Eidem præest Cardinalis Præfectus Congregationis pro Clericis, eiusdem commissionis Secretario adiuvante. Commissio præterea proprios habet Administros.

*Congregatio pro Institutis Vitæ
Consecratæ
et Societatibus Vitæ Apostolicæ*

Art. 105 – Congregationis munus præcipuum est praxim consiliorum evangelicorum, prout in probatis formis vitæ consecratæ exercetur, et insimul actuositatem Societatum vitæ apostolicæ in universa Ecclesia Latina promovere et moderari.

Art. 106 – § 1. Congregatio proinde Instituta religiosa et sæcularia necnon Societates vitæ apostolicæ erigit, approbat aut iudicium fert de opportunitate eorum erectionis ab Episcopo diocesano faciendæ. Ipsi quoque pertinet huiusmodi Instituta et Societates, si necesse fuerit, supprimere.

§ 2. Eidem etiam competit Institutorum et Societatum uniones vel fœderationes constituere aut, si oportuerit, rescindere.

Art. 107 – Congregatio pro sua parte curat, ut Instituta vitæ consecratæ ac Societates vitæ apostolicæ secundum spiritum Fundatorum et sanas traditiones crescant et floreat, finem proprium fideliter persequantur atque salvificæ missioni Ecclesiæ reapse prosint.

Kongregací pro bohoslužbu a svátosti o to, aby si byl lid Boží stále více vědom toho, že historické a umělecké dědictví církve musí být chráněno.

Čl. 104 – Předsedá jí kardinál prefekt Kongregace pro klérus, jemuž pomáhá sekretář téže komise. Komise má kromě toho své vlastní pracovníky.

*Kongregace pro instituty zasvěceného
života a společnosti apoštolského života*

Čl. 105 – Prvořadou úlohou kongregace je podporovat a odpovědně usměřňovat praxi evangelních rad, jak je prováděna v aprobovaných formách zasvěceného života, a současně aktivitu společností apoštolského života v celé latinské církvi.

Čl. 106 – § 1. Kongregace tudíž zřizuje řádové instituty a sekulární instituty stejně jako společnosti apoštolského života, zkoumá je nebo podává posudek o užitečnosti jejich zřízení diecézním biskupem. Také jí přísluší rušit instituty a společnosti tohoto druhu, je-li to nezbytné.

§ 2. V její kompetenci je rovněž zřizovat unie a federace institutů a společností nebo je rušit, je-li to nezbytné.

Čl. 107 – Kongregace se ze své strany stará o to, aby instituty zasvěceného života a společnosti apoštolského života rostly a vzkvétaly podle ducha zakladatelů a zdravých tradic, věrně následovaly svůj zvláštní cíl a skutečně podporovali spásanosné poslání celé církve.

Art. 108 – § 1. Ea omnia absolvit, quæ ad normam iuris pertinent ad Sanctam Sedem de vita et industria Institutorum et Societatum præsertim de constitutionum approbatione, regimine et apostolatu, sodalium cooptatione et institutione eorum iuribus et obligationibus, votorum dispensatione et sodalium dimissione atque etiam bonorum administratione.

§ 2. Ad ordinationem autem studiorum philosophiæ et theologiæ necnon ad studia academica quod attinet competens est Congregatio de Seminariis atque Studiorum Institutis.

Art. 109 – Eiusdem Congregationis est Conferentias Superiorum maiorum religiosorum religiosarumque erigere, earundem statuta approbare necnon invigilare ut ipsarum actio ad fines proprios assequendos ordinetur.

Art. 110 – Congregationi etiam subiciuntur vita eremitica, ordo virginum harumque consociationes ceteræque formæ vitæ consecratæ.

Art. 111 – Ipsius competentia amplectitur quoque Tertios Ordines necnon consociationes fidelium, quæ eo animo eriguntur ut, prævia præparatione, Instituta vitæ consecratæ vel Societates vitæ apostolicæ aliquando evadant.

Čl. 108 – § 1. Vyřizuje vše, co se týká právní normy u Svatého stolce ve vztahu k životu a činnosti institutů a společností, obzvláště ve věci schválení konstitucí, vedení apoštolátu, přijetí a vzdělání členů, jejich práv a povinností, dispencí od slibů a propouštění členů a také správy majetku.

§ 2. Co se však týče pořádku filozofických, teologických a akademických studií, spadají tyto pod kompetenci Kongregace pro semináře a studijní instituty.

Čl. 109 – Mimoto je úkolem kongregace zřizovat konference vyšších představených mužských a ženských řádů, schvalovat jejich statuty a dohlížet na to, aby byla jejich aktivita zaměřena na dosažení vlastních vytčených cílů.

Čl. 110 – Kongregaci jsou podřízeny společnosti žijící eremitským (poustevnickým) způsobem života, řád (zasvěcených) panen a jejich společnosti a všechny ostatní formy zasvěceného života.

Čl. 111 – Do její kompetence spadají také třetí řády a taková společenství věřících, která byla zřízena s úmyslem, aby se po určité potřebné době příprav stala jednoho dne instituty zasvěceného života nebo společnostmi apoštolského života.

*Congregatio de Seminariis
atque Studiorum Institutis*

*Kongregace pro seminářích
a studijní instituty*

Art. 112 – Congregatio exprimit atque exercet Sedis Apostolicæ sollicitudinem circa eorum formationem, qui ad sacros ordines vocantur, necnon circa promotionem et ordinationem institutionis catholicæ.

Art. 113 – § 1. Episcopis adest, ut in eorum Ecclesiis vocationes ad sacra ministeria quam maxime colantur atque in Seminariis, ad normam iuris constituendis ac gerendis, alumni solida formatione tum humana ac spirituali, tum doctrinali et pastoralis apte edoceantur.

§ 2. Sedulo invigilat ut seminariorum convictus regimenque rationi institutionis sacerdotalis plene respondeant atque superiores ac magistri exemplo vitæ ac recta doctrina ad formandas personas sacrorum ministrorum quam maxime conferant.

§ 3. Eius præterea est seminaria interdiocæsana erigere eorumque statuta approbare.

Art. 114 – Congregatio adnititur, ut fundamentalia principia de catholica educatione prout ab Ecclesiæ Magisterio proponuntur altius usque investigentur, vindicentur atque a Populo Dei cognoscantur.

Ea pariter curat, ut in hac materia Christifideles sua officia implere possint ac dent operam et nitantur ut etiam civilis societas ipsorum iura agnoscat atque tueatur.

Art. 115 – Congregatio normas statuit, quibus schola catholica regatur;

Čl. 112 – Kongregace udůrazňuje a vykonává péči Apoštolského stolce o vzdělání těch, kteří jsou povoláni ke svatému svěcení, a o podporu a pořádek katolické výchovy.

Čl. 113 – § 1. Podporuje biskupy, aby byla v jejich církvích co nejpečlivěji opatrována povolání k duchovní službě, a aby se studující získali ryzí lidské a duchovní, vědecké a pastorační vzdělání v seminářích, které je třeba zříditi a vhodným způsobem vést.

§ 2. Horlivě dohlíží na to, aby společný život a vedení seminářů plně odpovídaly požadavkům kněžského vzdělávání a také aby vedoucí a vyučující přispívali příkladem svého života a správnou naukou, jak je to jen možné, k osobnostnímu utváření duchovních pastýřů.

§ 3. Jejím úkolem je dále zřizovat interdiocésní semináře a schvalovat jejich statuty.

Čl. 114 – Kongregace se snaží o to, aby byly základní principy katolické výchovy, jak jsou předkládány učitelským úřadem církve, stále více zkoumány, hájeny a uznávány lidem Božím.

Současně se stará, aby mohli věřící plnit svoje úkoly v této materii, snažit se a zasazovat se o to, aby také občanská společnost uznala a chránila svá práva.

Čl. 115 – Kongregace stanoví normy, podle kterých má být vedena katolická

Episcopis dioecesanis adest, ut scholæ catholicæ ubi fieri potest, constituentur, et summa sollicitudine foveantur utque in omnibus scholis educatio catechetica et pastoralis cura alumnis Christifidelibus per opportuna incepta præbeantur.

Art. 116 – § 1. Congregatio vires impendit, ut Universitatum ecclesiasticarum et catholicarum ceterorumque studiorum Institutorum sufficiens copia in Ecclesia habeatur, in quibus sacræ disciplinæ altius investigentur necnon humanitatis scientiæque cultus, habita christianæ veritatis ratione, promoveatur et Christifideles ad propria munera implenda apte formentur.

§ 2. Universitates et Instituta ecclesiastica erigit aut approbat, eorum statuta rata habet, supremam moderationem in eis exercet atque invigilat, ut catholicæ fidei integritas in tradendis doctrinis servetur.

§ 3. Ad Universitates Catholicas quod attinet, ea agit quæ Sanctæ Sedi competunt.

§ 4. Cooperationem mutuamque adiutorium inter Studiorum Universitates earumque consociationes fovet iisdemque præsidio est.

škola; podporuje diecézní biskupy, aby tam, kde je to možné, byly zřízeny a s největší pozorností podporovány katolické školy a aby byla ve všech školách zajištěna křesťanským žákům katechetická výchova a duchovní péče prostřednictvím vhodných opatření.

Čl. 116 – § 1. Kongregace se zasazuje o to, aby byl v celé církvi dostatečný počet církevních a katolických univerzit a jiných studijních institutů, ve kterých jsou hlouběji zkoumány teologické vědy a jsou podporovány taková humanitní a vědecká studia, která vyhovují křesťanské pravdě, a aby tam byli věřící vzděláni vhodným způsobem k tomu, aby mohli plnit své vlastní úkoly.

§ 2. Zřizuje a schvaluje církevní univerzity a studijní instituty, přezkoumává jejich statuty, vykonává nad nimi nejvyšší vedení a dohlíží na to, aby ve zprostředkovaných naukách byla zajištěna univerzalita katolické víry.

§ 3. Co se týče katolických univerzit vykonává ty úkoly, které přísluší Svatému stolci.

§ 4. Napomáhá vzájemné spolupráci mezi univerzitami a jejich společenstvími a tyto chrání.

IV

TRIBUNALIA

Pænitentiaria Apostolica

Art. 117 – Pænitentiariæ Apostolicæ competentia ad ea se refert, quæ forum internum necnon indulgentias respiciunt.

Art. 118 – Pro foro interno, tum sacramentali tum non sacramentali, absolutiones dispensationes, commutationes, sanationes, condonationes aliasque gratias eadem largitur.

Art. 119 – Ipsa prospicit ut in Patriarchalibus Urbis Basilicis Pænitentiarii sufficienti numero habeantur, opportunis facultatibus præditi.

Art. 120 – Eidem Dicasterio committuntur ea, quæ spectant ad concessionem et usum indulgentiarum, salvo iure Congregationis de Doctrina Fidei ea videndi, quæ doctrinam dogmaticam circa easdem respiciunt.

Supremum Tribunal Signaturæ Apostolicæ

Art. 121 – Hoc Dicasterium, præter munus, quod exercet, Supremi Tribunalis, consulit ut iustitia in Ecclesia recte administretur.

Art. 122 – Ipsum cognoscit:

1° querelas nullitatis et petitiones restitutionis in integrum contra sententias Rotæ Romanæ;

2° recursus, in causis de statu personarum, adversus denegatum a

IV

SOUDY

Apoštolská penitenciárie

Čl. 117 – Kompetence Apoštolské penitenciárie se přenáší na to, co se týká vnitřního oboru a odpustků.

Čl. 118 – Pro vnitřní obor, ať již svátostný nebo nesvátostný, poskytuje absoluce, dispenze, přeměny, sanace, odpuštění a jiné milosti.

